This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07598050 2

1770
NTRB



Q. HORATII FLACCI
OPERA,

AD FIDEM LXXVI CODICUM.

ACCEDUNT

. Synopsis chronologica rerum Romanarum, vivente Horatio.
. Tractatulus de metris Horatianis.
I. Variæ LXXVI codicum lectiones.
I. Phrasium subdifficilium enucleatio.
. Lexicon Mythologicum, Historicum & Geographicum.
I. Dictionarium Latino-Gallicum vocum Horatianarum quæ Lectorem morari possunt.

Curante JOS. VALART, Acad. Amb.

PARISIIS,

typis MICHAELIS LAMBERT,
viâ Citharedâ.

M. DCC. LXX.

NEW YORK
PUBLIC

JACOBO HULIN,

LUDOVICI XV. GALL. ET NAVAR. REGIS

AD STANISLAUM I. POLON. REGEM,

DUCEM LOTHARINGIÆ ET BARRI;

EJUSDEMQUE STANISLAI AD LUDOVICUM XV

OLIM LEGATO

PER ANNOS TRES ET TRIGINTA;

JOSEPHUS VALART,

PRESBYTER HEDIN. ET ACAD. AMBIAN.

ET ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

QUOD meum erat, ego feceram, VIR CLARISSIME et AMICISSIME, Horatiani operis manu scriptos codices sex

et septuaginta improbo labore et anxiâ curâ perlegendo et cum libris editis conferendo. Effecisti TU *quod naturâ Tuum est, quando meas lucubrationes publici juris fieri jussisti, ut purior ex his magni Poëtæ tibique adamati lectio eliceretur. Quod quidem fieri non jussisti modò, Vir erudîte, sed pro tuâ beneficentiâ et chartam nitidam, et typos elegantiores, et typothetarum operam ære proprio exsolvi voluisti. Ergo, qui jam Nestoreo ævo functus es Civis optimus, faxit* DEUS *ut amicis lætus tam diu intersis, quàm diu stabit honor virtuti bonisque disciplinis! Vale, Vir amicissime.*

Dabam Lutet. Paris. ipsis Kalendis Oct. anno Reparat. Sal. M. D. CC. LXX.

PRÆFATIO.

PRÆFATIO.

PRÆSTANTIUM Operum ea laus est, ut intuendi admirandique finis sit nullus. Id vel ex uno constat Horatio, quem abhinc annis plus mille septingentis, quicumque docti sunt, insatiabili voluptate legunt ac relegunt; nec pauci commentariis omnis generis explicare conantur. Hæc ideo dico, quòd mihi plurimos audire videor interrogantes; Quid iste post Editores, post Commentatores tam multos affert novi? Quid vidit aliis ante non vîsum? Fateor multa aliis vîsa: sed numquid omnia? Sunt certè singulis oculi sui, et quamquam non continuò acutiores, at quædam interdum observantes quæ meliorem aciem fugerant. *Tamen*, L.B. *adspice, si quid et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.* E. 17. 4. Quis porro dubitet, quum plures fuerint in uno argumento versati, sequentibus prodesse, quidquid novi viderint, quidquid etiam in Lectorum gustum peccavêre: istorum enim statim judiciis, quotquot scribimus, vapulamus. Ego verò qui novi hominum etiam eruditorum fastidia, nec quemquam omnibus placêre posse, duo certè vitia vitare volui, quæ et a primis studiis molesta senseram, et displicêre omnibus video. Quis enim ferat quosdam in planis atque facilibus sine caussâ disertos, qui, ubi dignus vindice nodus inciderit, quasi non ad-

vertissent, ad alia tacito gradu festínant, Lectoris spem planè frustrati. Nimiùm alii divínos agunt, tum in manuscriptorum lituris omnibus rimandis, tum in investigandâ, quoties incerta est, Auctorum mente, ut sæpe non tam quid hi voluerint aut cogitarint, quàm quod velle aut cogitare potuerint, omnibus proponendum existiment: modestâ certè magis quàm utili ostentatione doctrínæ. Ab hoc utroque scopulo ut quàm longissimè poteram, abii, ita in alios ne inciderim, vereor, quia ego quoque homo sum. Id certè mihi videor verè dicturus: quum lucem plurimam Horatio attulerint Veterum Recentiumque curæ, quorum ingeniis est illustratus, sic tamen, ut in magnis ædibus frequentes latebræ, ita anguli fuerint tenebrarum et noctis pleni, quos si, peritorum judicio, mea tandem lucernula claros fecerit, cur ego oleum operamque, ut aiunt, perdidisse me doleam?

Hæc de Horatio præfatus est Petrus Rodellius: ego, quum eadem omnia sentiam, eadem me præfari posse duxi. Quum autem Lutetiæ degam, inibíque hanc novam Horatii editionem adornarem, credidi id mihi ante omnia faciendum, ut adjumenta tam multa parandæ editionis quàm perfectissimæ, quæ habet Urbs bonarum Literarum sedes ac parens, ea in Horatii decus ac laudem cederent. Perlegi igitur sedulò codices manuscriptos omnes quos habet Urbs instructissima, Regios numero

sexaginta, Sorbonicos, Sangermanenses, Victorínos, et alios non nullos quos mihi ultro commodavérunt homines officiosissimi juxta ac doctissimi: si quid in iis discreparet, annotavi diligenter, et Lectiones quæ vulgaribus meliores videbantur, in textum admísi. Supellectili tam locuplête instructus, quidquid in textu Horatiano deformatum visum est, id, nec erat difficile, reformavi; reformandi caussas in notis quæ textum sequuntur, attuli. Hæc omnia feci ut ii quibus Horatius placet, textum habérent quàm emendatissimum.

Universi Operis ratio hæc est. Singulis Carminibus, Satiris, Epistolis argumentum breve præfigitur, quid Poêta spectaverit, repræsentans. Occurrunt legenti Mythologica bene multa, Historica et Geographica; ea omnia explicat elucidatque Lexicon Variantibus subjectum. Occurrunt præterea loca non pauca subdifficilia, quæ doctíssimis tum Commentatoribus tum Interpretibus non leve negotium facessivérunt, ea hæic extricata et planissima Lector habet. Insunt textui verba non pauca significatûs reconditioris, ea dat enucleata Lexicon alterum Latino-Gallicum, ut ad facilem Horatiani textûs intellectum, nullo alio Lexico opus sit.

Alia præterea quædam novanda mihi visa sunt. Ac primo quidem e Carmine uno bis feci geminum, scilicet in Carmine VII. libri I. jubentibus

omnibus, quos vidi, Codicibus : iterum in Carmine VI. libri IV. suadente ipso contextu.

II° Expungendi mihi visi sunt versus duo ; unus qui duodequadragesimus est Satiræ II. libri II.

Jejûnus rarò stomachus volgaria temnit.

Alter qui trecentesimus tricesimus septimus Artis Poëticæ est.

Omne supervacuum pleno de pectore manat.

Priôris quidem sententia jam præcesserat in hoc versu quarto decimo ejusdem Satiræ,

Quum labor extuderit fastidia, siccus, inanis
Sperne cibum vilem :

Bis autem idem dicere, non est Horatii. Posteriorem, *Omne supervacuum pleno de pectore manat*, inter *versus inopes rerum nugasque canoras* annumerandum esse nemo non videt.

Dignæ quoque quæ itidem expungerentur, visæ mihi sunt strophæ duæ ; una quâ incipit versus undequinquagesimus Carminis III. libri III. altera quâ desinit versus duodevicesimus Carminis IV. libri IV. *Quibus mos unde*, etc. Harum priorem jam expunxerat doctissimus Sanado : expungendæ alterius caussas in notis attuli.

Est etiam locus alius S. VII. lib. I. non nihil mihi suspectus. Is includitur parenthesi bene longâ, ut pote quæ sit versuum novem : ea incipit his verbis ;

Post quàm nihil... desinitque post hæc, *Muneribus missis.* Suspicandi autem caussæ hæ sunt. I°. Cœperat Horatius de *Rege* dicere, *Proscripti Regis... pus.* (v. 1.) et *Persio* (v. 2.) Post subjectos de Persio versus quinque, dicit se ad *Regem* redire. *Ad Regem redeo.* (v. 9.) nec redit nisi versu duodevicesimo, *Bruto prætore... Rupilî et Persî par pugnat* (v. 18. et 19.) II. Parenthesis autem ibi non una est, sed quintuplex. 1ª est, *Post quàm nihil inter utrumque convenit :* 2ª. *Hoc etenim sunt omnes jure molesti quo fortes, quibus bellum adversum incidit.* 3ª. *Inter Hectora Priamidem...* 4ª. *Duo si Discordia verset inertes;* 5ª. *Aut si disparibus bellum incidat, ut Diomédi cum Lycio Glauco; discedat pigrior, ultro muneribus missis.* III°. Geminatio ejusdem phraseos, *Quibus bellum incidit* (v. 11.) *si disparibus bellum incidat* (v. 16.) IV. Hæc phrasis. *Hoc sunt jure molesti quo fortes*, vix est elegantiæ Horatianæ. V°. Tolle immensam hanc parenthesim, nihil perit Eclogæ, sermo fit multò planior, et *currit sententia*, ut pote quæ *se non impediat verbis lassas onerantibus aures.*

Visum est loco movéri debêre versus non nullos. I°. In Carmine septimo et tricesimo libri I. versus XV et XVI visi sunt post duodecimum collocandi. Qui ordo novus ut quàm bonus sit, intelligatur, non aliâ ratione opus est, quàm ut quis attentè primò eos vulgato ordine legat, tum ita ut jam dixi.

IIº. Idem in libro *Epodon* ter feci. Iº In secundo Carmine versus XIII et XIV duodecimo unà cum H. Stephano postposui. IIº. In Carmine XVI, qui versus LXI et LXII sunt, eos quinquagesimo postposui. IIIº. versus XLII, XLIII, XLIV et XLV. versui duodevicesimo subjeci. Nunc ad ea venio, quæ mutanda mihi videntur.

I. In Carminum Libris.

I. In Carmine quinto Libri I, versu XIII, sic omnes hactenus legérunt, *Quis Martem tunicâ tectum adamantinâ dignè scripserit ?* Si poëtarum nemo præstare id potest, quo modo sanæ mentis erit Agrippa, qui id ab Horatio efflagitat quod fieri ab homine vel præstantissimo non potest ? si autem pro Quis legerîmus *Is*, omnia plana sunt et perspicua ; omnia inter se mirè cohærent. Quæ res heic subjectam hujusce metri interpretationem vel legenti patebit.

Cupiebat Agrippa res a se gestas ab Horatio cani : ille, dum id se facturum negat, illud ipsum egregiè exsequitur, orditurque a magnificentissimo et Agrippæ et Varii poëtæ præconio : se verò ipse bis cum præstantissimo illo poëtâ comparat, quem primò alterum Homêrum facit ob sermônis grandiloquentiam, quippe qui possit dicere et Achillis iram, et Ulyssis cursus, et sævam Pelopis domum ; se autem tenuem esse, Musamque suam imbellis lyræ po-

tentem reformidare grandia tractare, nempe Cæsaris et Agrippæ laudes : addit deinde Varium eum esse vatem, qui Martem, qui Merionem, qui Diomédem dignè possit scribere ; se verò non ultra convivia et virginum prœlia posse assurgere.

II. C. VII. v. 7 et 8. *Sunt quibus unum opus est intactæ Palladis arces Carmine perpetuo celebrare, et undique decerptam fronti præponere olívam.* Sed quid heic sit *undique decerptam fronti præponere olívam*, expedit nemo ; non Turnêbus, non Bentleius. Sic emendaverat magnus Erasmus, *Undique decerptæ frondi præponere olívam* : quæ lectio placuit Glareano, Lambíno, Nic. Heinsio, Talboto, Dacerio ; nec displicuît Gesnero. At hæ voces duæ *decerptæ fronti* in nullo scripto codice compárent. Mihi quidem videtur minore mutatione opus heic esse : tu pro *undique* legito INDEQUE, et omnia facilia sunt.

III. C. XIII. v. 12. *Ducere quercus.* Jam præcesserat in versu IIX vocabulum *silvæ (Unde vocalem temere insecutæ Orphea silvæ,)* in his autem *silvis* erant *quercus ;* nec is erat Horatius qui bis idem diceret. Quæ igitur huic loco medêla ? nam *quercus* heic alterius vocabuli locum occupavit ? Quodnam porrò vocabulum illud est ? Audiamus Horatium sic canentem C. III. XI. 13. *Tu potes tigres comitesque silvas ducere, et rivos celeres morari.* Audiamus Virgilium Georg. IV. v. 510. idem canentem

Ducentem tigres, et agentem carmine quercus. Ergo heic legendum esse opinor *Ducere tigres.*

IV. C. XXII. v. 14. *Hic miseram famem pestemque a Populo et Principe Cæsare in Persas atque Britannos vestrâ motus aget prece. Misera* quidem *fames est*, sed *Populo* non *Principi :* delenda ergo conjunctio *et* ante *Principe*, legendumque *(a Populo, Principe Cæsare.)*

V. Lib. II. C. XIII. 33. *Quid mirum? ubi illis carminibus stupens demittit atras bellua centiceps Aures. Aures demittere* mærentis est, animum demittentis, *Demitto auriculas.* Hor. audientis autem est, eas *erigere. Arrectis auribus adstant.* Virg. Itaque dubium heic mihi est illud *demittere*, placerétque magis *admittere.* Sed alii viderint.

VI. Lib. III. C. XXI. v. 1. 5. *O nata mecum, Consule Manlio, seu tu* (sinu) *querélas sive geris jocos, Seu rixam et insanos amores, Seu facilem, pia Testa, somnum, Quocumque lectum nomine Massicum servas, Descende.* Neque enim ideo vinum legitur, aliud ut querélas pariat, aliud ut jocos, aliud ut rixas, etc, sed ea omnia pro bibentium ingeniis efficit: ergo *lectum* heic loco suo non esse mihi videtur, et locum debêre huic alteri vocabulo LÆTUM. Quo facto, hic est hujus loci explicatus. *Quocumque lætum nomine Massicum servas*, i. e. *Quocumque* horum quinque *nomine gaudeat*, quod *servas Massicum, descende.* Quàm porrò similia sint inter se

lectum et *latum*, nemo non videt; quàm autem heic convenit *latum*, tam aliênum est *lectum*.

VII. Ibid. v. 24. *Dum rediens fugat astra Phœbus.* Quum actiones duæ, quæ duobus verbis significantur, uno eodemque tempore fiunt, verba duo indicatívi modi esse debent; quum autem exspectandi finis est alterius verbi actio, tunc conjunctio *Dum* semper sibi subjunctîvum deposcit. Ergo legendum non *fugat*, sed *fuget*.

IIX. C. XXIV. v. 25. *O quisquis volet...* Doctissimus Bentleius divîsim legit, *O quis? quis volet?* Quæ lectio mihi quidem videtur quàm verissima.

In Sermonibus.

IX. *In Libro I.* S. I. Horatius, ut probet neminem sorte suâ contentum vivere, indûcit hominum quattuor genera, *militem*, *mercatorem*, *juris perîtum* et *rusticum*, quibus singulis sua sors odio est, diversaque ideo laudantibus. *O fortunati mercatores! gravis armis miles ait* (v. 4 et 5.) *Agricolam laudat juris legumque perîtus* (v. 9.) Eosdem sistit iterum (v. 18 et 19) *Eris tu, qui modò miles, mercator: tu, consultus modò, rusticus.* Eosdem tertiò redûcit (v. 28) sed ordine præpostero. *Ille gravem duro* terram qui vertit *aratro*, Perfidus hic *Caupo*, *miles nauteque per omne Audaces mare qui currunt.* Heic *Rusticus* tribus aliis præponitur; Ille *gravem*

duro, etc : sequi debet *juris perítus*, cujus locum occupat *perfidus caupo :* denique prodeunt *miles*, *nautæ*que qui iidem sunt qui *mercatores*, agmen claudunt. Quî fit ut e quattuor quos jam bis præmiserat Horatius, tres ter compareant, et unus *consultus* scilicet, post quàm jam bis comparuit (v. 9 et 17) heic subitò in *perfidum caupônem* sit mutatus ? Cujus rei caussam ego sæpe diuque mecum quæsivi. Cogitanti mihi in mentem hæc venérunt. CAUTOR vocabulum juris est, *Cavêre* enim unde *cautor*, omnes *consulti* partes significat et implet. Ubi igitur scriptum erat CAUTOR, scriba offensus vocabuli insolentiâ, scripsit CAUPO, quæ vox nulli non est notissima : quam vocem alii deinde in codices suos transtulerint. At PERFIDUS, quæ vox *caupônem* mirificè decet et exornat, ecquam habet cum *juris períto* rationem ? Nullam ; neque etiam a manu Horatii est, sed a manu scribæ qui ex Horatianâ voce *Callidus* fecerit... *Perfidus*. Itaque pro vocibus his tribus *Perfidus hic caupo*, libenter legerem CALLIDUS HIC CAUTOR. Locus hic certissimè corruptus est, et medêlam poscit : mihi quidem nihil succurrit melius : sed doctiorum esto judicium.

X. In libro II. S. I. v. 62. *Quid ? quum est Lucilius ausus Primus in hunc operis componere carmina* MOREM. Quid hæc sibi volunt, *In hunc operis morem ?* Quid *mos operis ?* At quid sit *operis forma*, ego cum aliis novi. Placêret mihi igitur versum

risque tumultu permistas capiet, commotus habebitur. Lego *veris*. Capiebat Aïax *species alias veris*, dum putabat Ulyssem et Menelâum oves esse : Agamemnon autem qui in natâ *natam* quidem videbat, sed Imperii amittendi metu, ambitione scilicet commotus, illam quasi *agnam* jugulandam videbat, speciem veram quidem, sed sceleris tumultu permistam capiebat.

XIII. S. 5. v. 59. *Quidquid dicam aut erit, aut non ; Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.* Horum verborum ordinem dedi pagina 300. col. 2 : sed alius non ita pridem venit mihi in mentem, isque multo simplicissimus. Sic igitur lego. *Quidquid dicam aut erit, aut non Divinare mihi magnus donavit Apollo :* quæ lectio non potest non placêre, quum diu jam factum erat, quum Apollo Tiresiæ divinationem dederat.

In Epistolarum Libris.

XIV. *In libro I.* Ep. II. v. 24. *Quæ* (Circæ pocula) Ulysses *si cum sociis stultus cupidusque bibisset, sub dominâ meretrîce fuisset turpis et excors. Excors* est *sine corde, sine sapientiâ*, uno verbo *stultus*. Sed in duorum horum versuum primo jam *stultus* pronunciatus est ; nec procedunt hæc, *Si stultus bibisset vixisset stultus ;* eâque re *Excors* heic stare non potest. Quid igitur ? Quid ? Si pro *Excors* quis

EXSORS legeret, is et a vulgari lectione quàm minimè recederet, et vocem maximè congruam adhibêret; *exsors* enim dicitur qui *omnis et humanitatis et sensûs communis expers est.*

XV. Ep. VI. v. 9. *Qui timet his adversa, ferè miratur eodem Quo cupiens pacto : pavor est utrobîque molestus.* Non malè : sed meliùs, meo quidem judicio, UTRÎQUE, quod habent codices manuscripti non pauci, quod etiam suadet vox UTRUMQUE versûs sequentis.

XVI. Ibid. v. 11. *Improvîsa simul species exterret utrumque.* Quum latinè non dicatur, *species exterret timentem*, error est in hoc verbo *exterret*, qui nullus erit si quis legit, EXERCET.

XVII. Epist. v. 49. *Non malè Telemachus proles patientis Ulyssei.* Nihil sapientius Telemachi responso quod mox sequitur; *sapiens* autem filius quum *sapientem* patrem arguat, non verò *patientem*, heic SAPIENTIS magis Horatium sapit quàm PATIENTIS. Manuscripti codices non semel habent *patiens* pro *sapiens*, ut Satira I. libri I. v. 38. *Illis utitur ante quæsîtis* SAPIENS.

XIIX. XVII. v. 58 :

Nec semel irrîsus triviis attollere curat
Fracto crure planum : licet illi plurima manet
Lacrima ; per sanctum juratus dicat Osîrim,
Credite, non ludo ; crudéles tollite claudum.
Quare peregrînum, vicinia rauca reclamat.

Si quilibet de viciniâ, ubi semel sic irrîsus est, *non curat planum*, jacentem *tollere*, nec committit ut ad ravim usque clamitet iterando duas has voces *Quære peregrînum*, is *raucus* dici nullo modo potest. Ergo *rauca* heic locum habêre non potest. Nulla porrò vox propiùs accedit ad RAUCA quàm CAUTA, neque magis huic loco convenit. Legendum igitur, *vicinia cauta reclamat.*

XIX. In II. Ep. v. 156. *Sic horridus ille*

Defluxit numerus Saturnius, et grave virus
Munditiæ pepulêre; sed in longum tamen ævum
Mansérunt, hodiéque manent vestigia ruris.

Si *defluxit* horridus ille numerus Saturnius, quo modo *manent* ejus vestigia ? Si autem vestigia MANENT quo modo *defluxit ? Defluxisse* enim ea res dicitur, quæ tota abiit, cujus nihil omnínò superest; quemadmodum homo qui *decessit*, *nullus* omnínò est. Horatius igitur pugnantia loquitur ? minimè. Tolle literulam unam, ita ut e *Ruris* fiat *ruri*, et omnia mirè concordabunt. Ubínam defluxit horridus ille numerus ? Romæ. Ubínam illud grave vîrus munditiæ pepulêre ? Romæ inter urbanos homines. Ubínam diu mansêrunt ejus vestigia ? Romæ ? Ubínam eadem hodiéque manent ? Ruri, non Romæ.

XX. Ibid. v. 206. *Quid placet ergo ? Lana Tarentíno violas imitata veneno.* Quàm vereor ne

in hoc vocabulo LANA interciderit literula una, E scilicet, *lanaque* facta sit ex *lænâ*. *Læna* autem vestis genus erat, quæ ubi *Tarentíno venéno violas* mentiri didicerat, *hyacinthina* dicebatur. Actor autem cui, ut Persianis verbis utar, circum humeros *hyacinthina læna* erat, ubi prodierat in scenam, statim in spectatorum plausus veniebat.

XXI. Ep. II. v. 26. *Luculli miles collecta viatica multis Ærumnis, lassus dum noctu stertit, ad assem Perdiderat. Post hoc vehemens lupus, et sibi et hosti Iratus pariter, jejúnis dentíbus acer, Præsidium regale loco dejêcit*, etc. Si quis versum duodetricesimum sic reformaret; *Post hoc vehemens lupus ut, sibi et hosti iratus pariter*, sententia curreret liquidior, nec verborum collocatio hæc ab Horatii more abiret; conjunctionem enim verbo non numquam postpônit, ut *Tuo cruore rubros obstetrix pannos lavit utcumque*, pro *Utcumque tuo cruore*. Epod. 17. 50. *Vix tamen eripiam... Velis quin*, pro *quin velis*. Hor.

XXII. P. 208. *Populus numerabilis, ut pote parvus*. Populus numeratu facilis erat, non quia *parvus*, sed quia *paucus* erat. Heic igitur legendum est non *parvus*, sed *paucus*: qua voce usus est supra. *Tibia.. foramine pauco*. Videsis PAUCUS, p. XVII.

Quoniam autem scio non jucundissimum modò futurum, sed etiam ad Horatium intelligendum summi cujusdam esse momenti, si doceamur quo

quodque tempore poematium, quâve occasione scriptum sit; idque magno Legentium malo neglectum diutius, ne heic deesset, curavi sedulò. Quum enim constet pleraque hujus Poétæ carmina spectare ad sua ipsîus tempora, quæ eadem Augusti fuêre, in ipso Libri limine Synopsim Chronologicam offero rerum tum Romæ tum in Imperio Romano gestarum, dum vivebant Augustus et Horatius, unde horæ momento intelligatur, quoto Romæ anno geri ea contigerit, de quibus mentio fit in *Horatianis Carminibus.*

Asterisci indicant vocem sequentem in manuscriptis aliter atque aliter legi. In Carminibus plusculi ii sunt; quod ideo moneo, ut si nihil in notis occurrat, Lector cogitet in eo loco lectionem levioris esse momenti.

Qui in Horatio edendo præivérunt, erravérunt non pauca, quippe qui homines erant: mihi quoque, nam et ego homo sum, nimio plura, sat scio, excidérunt. Qui ea mihi condonabunt, ii maximam a me gratiam inîbunt; qui ea in apertum proferent, multo maximam, et ab ipso Horatio longè majorem.

SYNOPSIS

Anno U. C. DCLXXXXIV primus Rei publicæ constituendæ caussâ Triumviratus Cæsaris, Pompeii et Crassi; quo anno incipiebat Pollioniana *Bellorum civilium Historia.*

Anno U. C. DCLXXXXVII. natus est Mevaniæ in Umbriâ Sext. Aurelius Propertius, poêta elegiacus.

Anno U. C. circiter DCLXXXXVIII, Horatii pater, vendito prædiolo quod non longè ab Venusia habebat, Romam cum filiolo migrat, quem Orbilio erudiendum tradit: ipse verò Exauctionum pecunias cogendi officium mercatus, ibîdem vitæ residuum exêgit. Hocce anno obiit C. *Licinius Calvus*, poêta et orator insignis.

Anno U. C. DCCI. *Crassus* ab Orôde Parthorum rege vincitur et interficitur: Pacorus filiorum Orôdis maximus Syriam populatur.

Anno U. C. DCCV. oritur bellum civîle Cæsarianum. C. Julius Cæsar Dictator primùm creatur: anno sequenti pugnatur pugna Pharsalica, in qua vincitur Pompeius, qui transgressus in Ægyptum necatus est; ejus verò filius Sext. Pompeius in Hispaniam se contulit. *Catullus* obit.

Anno U. C. DCCVII. C. Julius Cæsar iterum Dictator creatur. Ptolemêus Dionysius rex Ægypti in Nílo perit; Cleopatra ejus soror Ægypti regnum a Cæsare impetrat. Anno sequente Cæsar fit Dictator III. Cato violentas sibi manus apud Uticam infert.

Anno U. C. DCCIX. Cæsar calendarium reformat. Horatius studiorum caussâ Athénas petit, ubi condiscipulos habuit M. Cicerônem Marci filium, Messâlam, Varum, Bibulum, et c.

Anno U. C. DCCX. Idibus Martiis C. Julius Cæsar Dictator V. in Senatu a conjuratis occiditur; cujus nece audîtâ, Octavius ex Apollonia urbe Epíri Romam properat simul cum Mæcenâte et Agrippa. Eum Cæsar herêdem suum instituerat, et sibi filium adoptaverat. Messâla,

Octaviæ marîtus, quæ paucis post mensibus Marcellum peperit. Perusia, obsidentibus Octaviano, Agrippâ et Salvidiéno, sub anni initium deditur. Pax Brundusîna inter Octavianum et Antonium componitur per amícos communes eò Romam profectos. Octavia M. Antonio nubit. Hujus anni sunt * *Nullam Vare.* * *Integer vitæ* * *Natis in usum* * *Ibam fortè.* * *Unde et quò Catius* * *Beatus ille.*

Anno U. C. DCCXV. nascitur Octaviano *Julia* ex Scriboniâ quæ statim repudiatur. Pax Misenensis inter Octavianum, Antonium et Sext. Pompeïum, quâ pace Romæ redduntur Nero, Silanus, Saturnînus, Aruntius et Titius pater, qui omnes in Proscriptorum numero erant; necnon et Pompeïus Grosphus, quem sibi ac Patriæ restitutum gratulatus est Horatius hoc carmine, *O sæpe mecum tempus in ultimum.* Pollio bellum adversùs Partînos, gentem Illyricam, feliciter gessit, deque iis triumphavit. *Horatius* a Virgilio Varioque Mæcenáti traditur. Hujus anni sunt * *Rogare longo.* * *Quid tibi vis mulier.* * *Malâ soluta.*

Anno U. C. DCCXVI. Octavianus Liviam Drusillam uxorem ducit, ultro cedente viro Claudio Tiberio Nerône, quum ea sextum jam mensem Drusum utero gestaret, qui in domo Cæsaris natus est. Agrippa Aquitanos qui rebellaverant, vincit. Renovatur bellum inter Octavianum et Sext. Pompeium, adversâ primùm illîus fortúnâ, Ménas Pompeii libertus, homo ditissimus idemque audacissimus, cum classis parte defícit ad Cæsarem. Pugnatum est non longè a Cumis: Cæsarianæ classi præerat Mæcénas, Pompeïanæ Menecrates qui ab Ména occîsus est. *Horatius* in numerum amicorum Mæcenâtis venit, qui ei ab Octaviano prædium in Sabínis obtinuit. Hoc anno scripta sunt, *Laudabunt alii. Lupis et agnis.* * *Albi, ne doleas.* * *Persicos odi* * *Non ebur* * *Ulla si juris* * *Quum tu, Lydia.*

moventem exercitu privat. Agrippa ædilitatem non aspernatus ludos omnium magnificentissimos edit. Hujus anni sunt *Sic rarò scribis ut * Vile potabis.*

Anno U. C. DCCXXI, Octavianus de Dalmatarum manubiis Porticus et Bibliothêcam Romæ exstruit. Hujus anni sunt, *Quò? quò scelesti ruitis? * Otium Divos. * Festo quid potius die?*

Anno U. C. DCCXXII incidit dissidium inter Octavianum et Antonium. Hic Octaviam repudiat, et Patras venit hiematum. Hujus anni sunt, *Pastor quum traheret * Quid fles Asterie * Eheu! fugáces. Horrida tempestas. * Donec gratus eram.*

Anno U. C. DCCXXIII. Octavianus, comite Mæcenâte, Brundusio contra Antonium solvit. Horatium sequi volentem Mæcénas prohibuit, eique ab Cæsare jus Annuli equestris impetravit. Actiaca pugna pugnatur quarto Nonas Septembres: vincuntur Antonius et Cleópatra, qui ambo pugnæ initio fugiunt in Ægyptum: fugientes Mæcénas sequitur, nec assequitur. Varus Cassium Parmensem Athénis, quò se, victo Antonio, receperat, necandum curat. Hujus anni sunt, *Albus ut obscuro. Ibis Liburnis. Altera jam teritur. Quando o! repostum. Hoc erat in votis. Ambubaïarum collegia.*

Anno U. C. DCCXXIV, Octavianus, demandatâ Mæcenâti Romæ administratione, Italiæ verò Agrippæ, in Ægyptum solvit. Pelusium statim expugnat; mox, deleto Antonii exercitu, ejusdemque classe captâ, potitur Alexandríâ; Antonius se ipse interimit Calendis Sextilibus, Cleópatra verò quarto Calendas Septembres. Ægyptus fit Romana provincia, cui præficitur Q. Cornelius Gallus. Octavianus in Syriam transit; cui Phraátes Scytarum ope solio redditus, legatos mittit: eôdem venit & Tiridátes opem contra Phraâtem imploraturus.

Anno U. C. DCCXXIX, Agrippa Romæ Pantheon & Porticum Neptúni seu Argonautarum exædificat. Ælius Gallus bellum cum Arabibus gerit, Petronius autem cum Æthiopibus. Marcellus Juliam Augusti ex Scribonia uxorem dûcit. Augustus Tarraconæ Scytharum et Indorum legationem audit; Cantabros et Astures devincit. Extrémo anno in morbum incidit, ex quo nisi Junio sequentis anni, non convaluit. Hujus anni sunt, *Non usitata. Quantùm distet. Rectiùs vives.*

Anno U. C. DCCXXX, Augustus ex Hispaniâ Romam redit, et Jani templum iterum claudit. Cantabri rebellant et vincuntur. Moritur Quinctilius Virgilii amîcus. Hujus anni sunt, *Quis desiderio. Et ture et fidibus. Herculis ritu. Nil admirari prope. * Vitas hinnuleo.*

Anno U. C. DCCXXXI, Phraátes legatos Romam mittit repetîtum et Phraâtem filium suum, et Tiridâtem, polliceturque se eâ conditione Romanas Aquilas remissurum. Filium quidem remisit Augustus, at Tiridâtem retinuit. Testamento successorem sibi Marcellum nuncupat, quæ res et Agrippam et Tiberium offendit: Agrippa in Syriam mittitur, Tiberius in Orientem. Marcellus moritur, Augustus fit *Tribûnus Plebis* perpetuus. Hujus anni sunt, *Musis amicus. Quem virum. Exégi monumentum. Quæ sit hiems Veliæ. Septimius, Claudi. Quinque dies. Quid bellicosus? * Parciùs junctas.*

Anno U. C. DCCXXXII, Patefit conjuratio Licinii Varrônis Murénæ & Fannii Cepiônis. Armeni regi suo Artabæ infensi Tiridâtem ab Augusto reposcunt. Is, recluso iterum Jani templo, in Siciliam venit, inde in Orientem contra Parthos transiturus. Bellum suscipitur contra Getas aliasque gentes ulteriorem Danubii ripam incolentes. Pestilentia et fames in Italia grassantur. Hujus anni sunt. *Diânam tenera. Vixi puellis. Te maris. Flore bono.*

Anno U. C. DCCXXXIII, Augustus Agrippæ præfectûram Romæ et Juliam filiam suam in matrimonium dat. Dein navigat e Siciliâ in Græciam, et Sami hiemat. Agrippa Galliæ præficitur. Hujus anni sunt, *Justum ac tenacem. Tyrrhêna regum. Impios parræ. Septimi, Gades. Sunt quibus in Satira. Juli Flore quibus.*

Anno U. C. DCCXXXIV, Venit altera Indorum legatio ad Augustum adhuc Sami morantem, qui inde in Syriam pergit. Nascitur ex Agrippa et Julia Caïus. Tiberius Armeniæ Tigrânem regem restituit. Phraátes Augusto se submittit, Aquilas et captívos reddit, tropæa tollit; filiorum suorum quattuor Romam obsides mittit. Agrippa transit in Hispaniam et Cantabros perdomat. Hujus anni sunt, *Ille et nefasto. Non semper imbres. Celso gaudêre. Si bene te novi. Si potes Archiacis. Fructibus Agrippæ.*

Anno U. C. DCCXXXV, Indi Augustum Sami conveniunt, pacemque quam anno superiore per Legatos petierant, impetrant. Agrippa bellum Pannonicum incœptat. Virgilius Athénas petit; inde redux Neapoli moritur anno ætatis altero & quinquagesimo. Augustus Romam redit quarto Idus Octobres, eique morum magisterium in annos quinque Senatus attribuit, Consularem autem potestatem in perpetuum. Hujus anni sunt, *Martiis cælebs. Sic te Diva potens. Cælo tonantem. O Venus regîna. Non quia, Mæcenas. * Jam jam efficaci. * Quid obseratis?*

Anno U. C. DCCXXXVI, Fert Augustus legem Juliam de maritandis Ordinibus, et Principatum sibi in annos quinque prorogat. Hujus anni sunt, *Nempe incomposito. * Jam pauca aratro. * Jam dudum ausculto.*

Anno U. C. DCCXXXVII, Augustus Ludos seculares celebrat, jubetque Horatium Carmen seculare scribere

DE METRIS HORATIANIS.

Sunt apud Horatium genera versuum unum et viginti. Hanc diversitatem facit pedum numerus et diversitas. *Pes* (metricus scilicet de quo solo heic agitur) pars versûs est, quæ nec plures quàm tres syllabas capit, nec pauciores quàm duas : si tres, vel eæ breves sunt, ut *Facere*, vel earum breves sunt duæ et una longa. Si duæ breves præponuntur longæ, pes est *anapæstus*, ut *Faciunt ;* si longa duabus brevibus præponitur, dactylus est, ut *Dicere*. Syllabarum itaque aliæ longæ sunt : longa ea est cujus pronunciatio plenior totum tempus durat ; cujus modi est *Expectant*. *Tempus* autem pedum quibus versus constant heic spatium illud est quo syllaba longa pronunciatur : temporis verò dimidium id spatii est quo syllaba brevis pronunciatur. Duæ syllabæ breves longam syllabam adæquant. Versûs porrò cujuslibet syllaba ultima nullam certam quantitatem habet, sed semper qualem versus exigit.

Versuum pedes sunt syllabarum vel duarum vel trium. Pedes duarum syllabarum sunt numero tres. Vel enim syllaba longa brevi præponitur, tuncque pes ille *chorêus* dicitur [1], ut *Musa :* vel syllaba brevis longæ præponitur, tuncque pes *iämbus* est, ut *amant ;* vel ambæ syllabæ longæ sunt, tuncque pes *spondeûs* dicitur, ut *splendent*. Duæ syllabæ breves pyrrhichen faciunt, non pedem.

Pedes syllabarum trium tres itidem sunt. Vel enim breves sunt syllabæ tres, et pes *tribrachys*, Ciceroni *trochêus* dicitur, ut *Facere* ; si duæ primæ breves præeunt longæ,

[1] Hunc pedem alii trochêum vocant.

anapæstus est, ut *Faciens :* si prima longa est, et aliæ duæ breves, *Dactylus* est, ut *Jungere.* Sic *tribrachys*, quum duæ breves longæ respondeant, respondet tum dactylo tum iâmbo ; anapæstus autem ac dactylus, quum sint duorum temporum, spondéo itidem respondent.

His præmissis, Horatianos versus sic exsequor.

Versuum brevissimus *Adonicus* est : constat enim pedibus duobus, dactylo et spondéo. *Terruit-Urbem.*

Hunc sequitur *Archilochius minor* dactylorum duorum quos excipit cæsura, ut *Pul-vis et-umbra su-mus.*

Versus trium pedum quadruplex est, *Glyconius*, *Pherecratius*, *Ionius minor* et *choraïcus.*

Glyconius constat spondéo et dactylis duobus, ut *Felí-ces ter et-amplius.*

Pherecratius constat spondéo, dactylo et altero spondéo. *Multo-non sine-risu.*

Ionius minor constat anapæsto, dactylo et spondéo. *Patruæ-verbera-linguæ.*

Choraïcus autem dactylo constat et duobus choréis. *Lydia, -dic per-omnes.*

Versus trium pedum cum cæsurâ *choraïcus* est, isque vel purus est, ut, *Trudi-tur di-es di-e ;* vel non purus, constatque choréo, spondéo, dactylo et cæsurâ. *Interaqua-les equi-tat.*

Versus quattuor pedum vel *iâmbicus* est, vel *Faliscus*, vel *Archilochius.*

Iâmbicus quattuor pedum, vel purus est, ut *Sacernepo-tibus-cruor :* vel mistus ; tuncque in sede prima spondêum vel dactylum recipit, in secunda tribrachym, et in tertia spondêum :

Fortu-na non-mutat-genus.
Vide-re prope-rantes-domum.
Ast ego-vicis-sim ri-sero.

Faliscus in duabus primis sedibus dactylum vel spondêum habet, in tertia dactylum, in quarta spondêum.

Mobili-bus po-maria-rivis.
Cras in-gens ire-rabimus-æquor.

Archilochius in prima et secunda sede dactylum habet, in tertia et quarta chorêum.

Vertere-funeri-bus tri-umphos.

Versus quattuor pedum cum cæsúra *iämbicus* est, cujus prima sedes iämbum vel spondeûm, secunda et quarta solum iämbum admittit, tertia spondêum.

Cante-mus Au-gusti-tropæa.
Olen-tis u-xores-mari-ti.

Versus pedum sex vel *iämbicus* est, vel *Pythius*, vel *Asclepiadêus major*, vel *major Ionius.*

Iämbicus versus, si purus est, meris iämbis constat.

Bea-tus il-le qui-procul-nego-tiis.

Hi pedes, quum propter pronunciandi celeritatem, duo pro una tantùm mensura vulgò numerantur, tunc *trimetri* vocantur; ut hic idem qui sic scanditur : *Beatus il-le qui procul-negotiis.*

Iämbicus mistus sedes pares, secundam, quartam et sextam solis iämbis complet; primam vel dactylo vel spondéo, tertiam et quintam spondéo.

Deripe-re cæ-lo Lu-nam vo-cibus-possum-meis.
Optat-quiê-tem Pelo-pis in-fidi-pater.

Potest etiam anapæstum in prima sede habêre.

Pavidum-ve lepo-rem et ad-venam-laqueo-gruem.

Versus *Pythius*, qui etiam *hexameter* et *heroüs* dicitur, habet indifferenter in quattuor primis sedibus dactylos vel spondéos, in quincta dactylum, in sexta verò spon-

dêum. *Discite-justiti-am moni-ti, et non-temnere-Divos.*

Asclepiădêus major constat ex spondéo, dactylo, spondéo altero, tum anapæsto quem excipiunt dactyli duo.

Nullam-, Vare, sa-crâ vi-te priùs-severis-arborem.

Ionius major constat anapæsto in prima et quarta sede, dactylo in secunda et quincta, spondéo in tertia et sextâ.

Misera-rum est neque a-mori-dare lu-dum neque-dulci.

Hoc Horatianum carmen unicum est hujus metri quod hodiè compareat apud Veteres poëtas seu Græcos seu Latínos. Antîquus Horatii Scholiastes, Helænius Acro, ejus modi carmina dicta fuisse *Sotadica* docet.

Versus pedum septem apud Horatium *unicus* est, nempe *Archilochius major*. Is in primis sedibus tribus dactylum et spondêum æquè admittit, in quarta unicum dactylum, in tribus reliquis unicum chorêum.

Solvitur-acris hi-ems gra-tâ vice-Veris-et Fa-voni.
Alter-no ter-ram quati-unt pede, - dum gra-ves Cy-clopum.

Hic versus Cruquio, homini doctissimo in versus duos, Alcmanium pedum quattuor, et choraïcum trium, tributus est : non bene ; quum versûs hujus pes quartus non semper cum voce finiatur, ut vidêre est in sequentibus exemplis quæ e carmine duodecimo libri Prudentiani ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ, desumta sunt.

Pastor o-ves alit-ipse il-lic geli-di ri-gore-fontis.
Subdidit-et Pari-as ful-vis laque-ari-bus co-lumnas.

Cujus modi sunt in eodem carmine exempla alia compluria.

DE VARIIS HORATII CARMINIBUS.

Carmina Horatii alia sunt simplicia, alia composita. Simplicia quæ unîus ejusdemque metri sunt, sunt generis

triplicis, nempe *Asclepiādēus minor*, *Asclepiādēus major*, et *Iambēus major*.

Primi generis carmina constant ex solis Asclepiādéis: eaque sunt apud Horatium carmina omnínò tria. *Mæcénas atavis edite.* * *Exégi monumentum.* * *Donarem pateras.*

Secundi generis carmina totidem sunt, constantque ex Asclepiādéis majoribus. *Tu ne quæsieris* etc. *Nullam*, *Vare* etc. *O crudēlis adhuc* etc.

Tertii generis carmen unicum est, constatque ex iāmbéis. *Jam jam efficaci* etc.

Carmina composita triplicis etiam sunt generis; alia duorum versuum diversorum, alia trium, alia quattuor.

Carmina versuum duorum diversorum sunt octuplicis generis.

1. In primi generis carmine Glyconicum excipit choriambicus Asclepiādēus. Ejus metri sunt apud Horatium carmina duodecim: in libro primo III. XIV. XX. et XXXVII. in tertio IX. XV. XIX. XXIV. XXV. et XXIIX. in quarto autem I. et II.

2. Secundi generis carmen illud est in quo choriambicum versum excipit iāmbicus pedum quinque *cum cæsúra* Exstat hujus metri carmen omnínò unum; *Non ebur*, *neque aureum.*

3. Tertii generis carmina sunt septem, quorum quattuor ab versu Pythio incipiunt. Primi generis strophe quælibet constat ex Pythio versu et minore Archilochio. Ejus modi est carmen illud unicum, *Diffugēre nives* etc. Alterius generis carmen constat ex eodem Pythio et Falisco quattuor pedum: ejus modi sunt apud Horatium carmina tria, eaque libri primi. *Laudabunt alii* etc. *Albus ut obscuro* etc. *Te maris et terræ* et c.

Tertii generis carmen constat ex eodem Pythio versu et iāmbico

Quarti denique generis Carmen, itidem unicum apud Horatium, constat ex pedibus tribus Ioniis, quorum priores duo majores sunt, tertius verò minor. *Miserarum est neque Amori dare ludum*, etc. III. 9.

Carmina quorum stropha ex versibus quattuor constant.

Horum Carminum genus apud Horatium etiam quadruplex est. Genus primum ex Sapphico et Adonio contat. *Jam satis terris* etc. Hujusce metri Carmina sex et viginti sunt apud Horatium : in libro primo II. XI. XIII. XXI. XXIII. XXVI. XXXI. XXXIII. et XXXIX. in secundo II. IV. VI. IIX. X. et XVI. in tertio IIX. XI. XIV. XIIX. XX. XXII. et XXVII. in quarto II. VI. VII. et XII.

Genus secundum est ex tribus Asclepiädéis minoribus et quarto Glyconico. *Scribêris Vario*, etc. Scripsit Horatius hujus metri Carmina novem : ea sunt libri VI. XVI. XXV. et XXXIV. secundi XII. tertii X. et XVI. quarti verò V. et XII.

Genus tertium constat ex Asclepiädéis duobus, tertio Pherecratio et quarto Glyconico. *Quis multâ gracilis.* Hujus metri Carmina septem scripsit Horatius : ea sunt in libro primo V. XV. XXII. et XXIV. in tertio VII. et XIII. et in quarto XIV.

In quarto genere primi versus duo Alcaïci sunt, tertius iämbicus quattuor pedum et cæsuræ, quartus autem Archilochius pedum quattuor. *Vides ut altâ stet nive*, et c. Horatius scripsit hujus metri Carmina XXXVII. Ea sunt libri primi X. XVII. XIIX. XXVII. XXIIX. XXX. XXXII. XXXV. XXXVI. XXXIIX. libri secundi I. III. V. VII. IX. XI. XIII. XIV. XV. XVII. XIX. et XX. libri tertii I. II. III. IV. V. VI. XVII. XXI. XXIII. XXVI. et XIX. verò libri quarti IV. X. XV. et XVI.

Q. HORATII FLACCI VITA,

Scriptore C. SUETONIO TRANQUILLO.

QUINCTUS Horatius Flaccus, Venusînus, patre [1], ut ipse quidem tradit, libertîno, et exauctionum [2] coactore [3]: ut verò creditum est, salsamentario [4]; quum illi quidam in altercatione exprobrasset, *Quoties ego vidi patrem tuum brachio se emungentem?*

Bello Philippensi excitus a M. Bruto imperatore, Tribûnus militum meruit; victisque partibus et veniâ impetratâ, *Scriptum* [5] *quæstorium* comparavit. Ac primò Mæcenâti, mox Augusto in gratiam insinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexerit, satis testatur illo epigrammate,

---

[1] *Patre libertino.* Crediderim eum fuisse domo Græcum, quod nusquam Romano more in Græculos desæviat; immo non numquam eos collaudet, et vel Romanis suis anteferat. *Baxterus.*

[2] *Exauctionum* pro eo quod erat *Exactionum.* Cur non possit finita et peracta *auctio* dici *Exauctio*, uti *Exædificatio* perfecta *ædificatio*, et *Exconsul* is qui functus est Consulatu. *Gesn.*

[3] *Coactores* erant mercenarii eorum qui habebant argentariam; sunt autem argentarii qui habent summam rerum venalium. Coactor exigit nummos a foraneis; unde et *Collectarius* nominatur. *Vetus Scholiastes.*

[4] *Salsamentarius.* (Un Chaircuitier) un vendeur de viandes salées.

[5] *Scriptus Quæstorius* erat officium quoddam scribæ quæstorii. Cicero in Verr. clarè ostendit cuivis e Libertinis licuisse e nummulis corrogatis Decuriam Scribarum emere. *Gesn.*

Ni te visceribus meis, Horati,
Jam plus diligo, tu Titî sodalis
Ginno [6] me videas strigosiorem.

Sed multo magis extrémis, tali ad Augustum elogio, *Horatii Flacci, ut mei, esto memor* [7].

Augustus Epistolarum quoque ei officium obtulit, ut hoc ad Mæcenâtem scripto significat; *Ante ipse sufficiebam scribendis epistolis amicorum* [8]: *nunc occupatissimus et infirmus, Horatium nostrum a te cupio abducere. Veniet igitur ab ista parasitica mensa ad hanc regiam* [9], *et nos in epistolis scribendis adjuvabit.* Ac ne recusanti quidem aut succensuit quicquam, aut amicitiam suam ingerere destitit.

---

[6] *Ginnus* idem qui mulus. Titius ille strigoso mulo vehi solitus erat. *Gesn.*

[7] Cave inde existimes Mæcenâtem Horatio priorem obiisse, qui uno post Horatium mense obierit. Sic enim se res habuit. Mæcénas, teste Plinio, toto ultimo vitæ suæ triennio somnum non vidit. Quum autem judicaret vitam insomnem non posse esse diuturnam, extrémas tabulas scripserat in quibus Horatium Augusto commendat his verbis, *Horatii Flacci ut mei esto memor.* Evênit autem contra ac speraverat, ut ipse vitam triennio produceret, foretque Flacco suo superstes. De cujus morte dolorem his versibus quos Isidôrus Lib. XIX Originum inseruit, est consolatus:

Lugens te, mea vita, nec smaragdos,
Beryllos mihi, Flacce, nec nitentes,
Nec percandida margarîta quæro,
Nec quos Thynica lima perpolivit
Anellos, nec Iaspios lapillos.

[8] *Epistolis amicorum.* Sic loquebantur Romani pro *Epistolis ad amicos*: sic dixit Cicero, *Cassii literæ* pro *ad Cassium literæ.* Ad Attic. 7. 24.

[9] *Regiam.* Hoc vocabulum heic relatîvum est: Clientes enim Patronos *Reges* vocabant: hoc autem vocabulum alio sensu odiosum Augusto erat.

Exstant Epistolæ, e quibus argumenti gratiâ, pauca subjéci. *Sume tibi aliquid juris apud me, tamquam si convictor mihi fueris; rectè enim et non temerè feceris, quoniam id usûs mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit.* Et rursus. *Tui qualem habeam memoriam, posteris ex Septimio* [10] *quoque nostro audire: nam inciâit ut coram illo fieret a me tui mentio. Neque enim, si tu superbus amicitiam nostram sprevisti, ideo nos quoque ἀνυπερφρονήσομεν* [11]. Præterea sæpe eum inter alios jocos *Putissimum penem*, et *Homuncionem lepidissimum* appellat; unáque et alterâ liberalitate [12] locupletavit.

Scripta quidem ejus usque adeò probavit, mansuráque perpetuò credidit, ut non modò Seculare Carmen componendum ei injunxerit, sed et Vindelicam victoriam Tiberii Drusique, privignorum suorum; eumque coégerit propter hoc tribus *Carminum* [13] libris ex longo intervallo quartum addere. Post Sermones [14] verò lectos quosdam, nullam sui mentionem factam ita sit questus; *Iratum me tibi scito, quòd non in plerisque ejus modi scriptis mecum potissimùm loquaris. An verêris ne apud posteros infâme tibi sit,*

---

[10] *Septimio.* Septimius ille is esse videtur ad quem scriptum est carmen VI. libri II. quemque Horatius Tiberio commendat Epistola X. libri I.

[11] Spretores sumus.

[12] *Unâque et alterâ liberalitate.* Ergo Horatius non semper *unicis Sabinis contentus* vixit. V. infra. 22.

[13] Quos *Odarum* libros Grammatici dixérunt, hos *Carminum* libros Horatius ipse inscripsit. *Epodôn* liber singularis est.

[14] *Post Sermones.* Quos *Satirarum* et *Epistolarum* libros Grammatici dixère, ipse Sermones inscripserat, ob remissiorem stilum et pæne comicum ac civilem.

domusque ejus ostenditur circa Tiburni luculum.

Venérunt in manus meas et Elegi, sub ejus titulo, et Epistola prósâ oratione, quasi commendantis se Mæcenáti: sed utraque falsa puto: nam Elegi vulgares, Epistola autem obscura; quo vitio minimè tenebatur.

Natus est sexto Idibus Decembribus, L. Cotta et L. Torquato consulibus: decessit quincto Kalendas Decemb. C. Marcio Censoríno et C. Asinio Gallo consulibus, post nonum [23] et quinquagesimum annum, herede Augusto palàm nuncupato, quum, urgente vi valetudinis, non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus et conditus est extrémis Esquiliis juxta Mæcenâtis tumulum.

---

quo ipse non semel meminit, ut in Epist. IX. v. 12. his verbis. *Romæ Tibur amem, ventosus Tibure Romam.* Quod si quis Tiburtinam villam dubiam facit, idem dubiam faciet domum Romanam.

[23] Rutgersius ex Eusebiano Chronico reposuit pro *nono septimum*, quod exigit Chronographia.

QUINTI HORATII FLACCI CARMINA.

Q. HORATII FLACCI
CARMINUM
LIBER PRIMUS.

I. AD MÆCENATEM.

Alios aliis rebus duci, Horatium Lyrici vatis gloriam ambire unîus Mæcenatis judicio obtinendam.

MÆCENAS atavis edite Regibus,
O et præsidium et dulce decus meum!
Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat, metaque fervidis
Evitata rotis palmaque nobilis *.
Terrarum dominos evehit ad Deos
Hunc, si mobilium turba Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus *.
Illum, si proprio condidit horreo
Quidquid de Libycis verritur areis,
Gaudentem patrios findere sarculo
Agros; Attalicis conditionibus
Numquam * demoveas, ut trabe Cypriâ
Myrtoum pavidus nauta secet mare.
Luctantem * Icareis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium et oppidi
Laudat rura sui: mox reficit rates
Quassas, indocilis pauperiem pati.
Est qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra sub arbuto

Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.
Multos castra juvant, et lituo tubæ
Permistus sonitus, bellaque matribus
Detestata. Manet sub Jove frigido
Venator, teneræ conjugis immemor;
Seu visa est catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.
Te doctarum ederæ præmia frontium
Dîs miscent superis: Me gelidum nemus,
Nympharumque leves cum Satyris chori
Secernunt populo; si neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesbôum refugit tendere barbiton.
Quòd si me Lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam sidera vertice.

27. II. AD AUG. CÆSAREM.

Nullum esse Romanis cladium neque modum neque finem omnemque Reip. spem in Augusto sitam.

JAM satis terris nivis atque diræ
Grandinis misit Pater, et rubente
Dexterâ sacras jaculatus arces
Terruit Urbem:
Terruit gentes, grave ne rediret
Seculum Pyrrhæ, nova monstra questæ;
Omne quum Proteus pecus egit altos
Visere montes;
Piscium et summâ genus hæsit ulmo,
Nota quæ sedes fuerat palumbis;
Et superjacto pavidæ natarunt
Æquore damæ.

Vidimus flavum Tiberim, retortis
Litore Etrusco violenter undis,
Ire dejectum monumenta Regis
Templaque Vestæ:
Iliæ dum se nimium querenti
Jactat ultorem, vagus et sinistrâ
Labitur ripâ, Jove non probante, uxorius amnis.
Audiet cives acuisse ferrum,
Quo graves Persæ meliùs perirent;
Audiet pugnas, vitio parentûm
Rara Juventus.
Quem vocet Divûm Populus ruentis
Imperî rebus? prece quâ fatigent
Virgines sanctæ minùs audientem
Carmina Vestam?
Cui dabit partes scelus expiandi
Juppiter? Tandem venias precamur
Nube * candenti humeros amictus,
Augur Apollo.
Sive tu mavis Erycîna ridens,
Quam Jocus circum volat et Cupîdo.
Sive neglectum genus et nepotes
Respicis auctor:
Heu! nimis longo * satiare ludo,
Quem juvat * clangor galeæque leves,
Acer et * Mauri peditis cruentum
Voltus in hostem.
Sive mutatâ Juvenem figurâ
Ales in terris imitaris, almæ
Filius Maiæ, patiens vocari
Cæsaris ultor.

Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus intersis Populo Quirini;
Neve te nostris vitiis iniquum
Ocior aura
Tollat. Hìc magnos potiùs triumphos,
Hîc ames dici Pater atque Princeps;
Neu sinas Medos equitare inultos,
Te duce, Cæsar.

» Omne sacrum rapiente dextrâ.)
» Quicumque * mundo terminus obstitit,
» Hunc tangat armis, visere gestiens
» Quâ parte debacchentur ignes,
» Quâ nebulæ pluviique rores.
» Sed bellicosis fata Quiritibus
» Hac lege dico, ne nimiùm pii
» Rebusque fidentes, avitæ
» Tecta velint reparare Troiæ.

» Troiæ renascens alite lugubri
» Fortuna tristi clade iterabitur,
» Ducente victrices catervas
» Conjuge me Jovis et sorore.
» Ter si resurgat murus * aheneus
» Auctore Phœbo, ter pereat meis
» Excisus Argivis, ter uxor
» Capta virum puerosque ploret.
Non * hæc jocosæ * conveniunt lyræ.
Quò Musa tendis? desine pervicax
Referre sermones Deorum, et
Magna modis tenuare parvis.

IIII. AD CALLIOPEN.

Musarum amicis omnia cedere feliciter.

Descende cœlo: dic age tibiâ
Regina longum Calliope melos;
Seu voce nunc mavis acutâ,
Seu fidibus citharâve Phœbi.
Auditis? An me ludit amabilis
Insania? Audire et videor pios
Errare per lucos, amœnæ
Quos et aquæ subeunt et auræ.
Me fabulosæ Volture in Appulo, *
Altricis extra limen Apuliæ,
Ludo fatigatumque somno
Fronde novâ puerum palumbes
Texêre: mirum quod foret omnibus
Quicumque celsæ nidum Acherontiæ,
Saltusque Bantinos et arvum
Pingue tenent humilis Forenti,

Ut tuto ab atris corpore viperis
Dormirem et ursis; ut premerer sacrâ
Lauróque collatáque myrto,
Non sine Dis animosus infans.
Vester, Camenæ, vester in arduos
Tollor Sabinos, seu mihi frigidum
Præneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidæ placuêre Baiæ.
Vestris amicum fontibus et choris
Non me Philippis versa acies retrò,
Devota non exstinxit arbos,
Nec Siculâ Palinurus undâ.
Utcumque mecum vos eritis, libens
Insanientem navita Bosporum
Tentabo, et arentes arenas
Litoris Assyrii viator.
Visam Britannos hospitibus feros,
Et lætum equino sanguine Concanum:
Visam pharetratos Gelonos
Et Scythicum inviolatus amnem.
Vos Cæsarem altum, militiâ simul
Fessas cohortes * reddidit oppidis,
Finire quærentem labores
Pierio recreatis antro.
Vos lene consilium et datis, et dato
Gaudetis almæ. Scimus ut impios
Titanas immanémque turmam
Fulmine sustulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum, et * Umbras regnáque tristia
Divosque mortalésque turmas
Imperio regit unus æquo.

Mag

Magnum illa terrorem intulerat Jovi
Fidens Juventus horrida brachiis,
Fratrésque tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo:
Sed quid Typhôeus et validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion statu,
Quid Rhœtus, evolsisque truncis
Enceladus jaculator audax,
Contra sonantem Palladis Ægida
Possent ruentes? Hinc avidus stetit
Volcanus, hinc matrona Juno et
Numquam humeris positurus arcum,
Qui rore puro Castaliæ lavit
Crines solutos, qui Lyciæ tenet
Dumeta natalemque silvam,
Delius et Patareus Apollo.
Vis consilî expers mole ruit suâ:
Vim temperatam Dî quoque provehunt
In majus: îdem odêre Vires
Omne nefas animo moventes.
Testis mearum centimanus Gyas
Sententiarum notus, et integræ
Tentator Orîon Dianæ
Virgineâ domitus sagittâ.
Injecta monstris Terra dolet suis,
Mœrétque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum: nec peredit
Impositam celer ignis Ætnam:
Incontinentis nec Tityi jecur
Relinquit ales nequitiæ additus
Custos: amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ.

V.

Bella constanter disciplinâ docétur Augusti victoriis, et clade tum Crassi tum Reguli.

Cœlo tonantem credidimus Jovem
Regnare; præsens Divus habebitur
Augustus, adjectis Britannis
Imperio gravibúsque Persis.
Milésne Crassi conjuge barbarâ
Turpis maritus vixit! et hostium
(Proh * Patria inversique mores!)
Consenuit socerorum in armis
Sub rege Medo Marsus et Apulus,
Anciliorum et nominis et togæ
Oblitus, æternæque Vestæ,
Incolumi Jove et urbe Româ!
Hoc caverat mens provida Reguli
Dissentientis conditionibus
Fœdis, et exemplo * trahenti
Perniciem veniens in ævum,
Si non perirent immiserabilis
Captiva pubes. » Signa ego Punicis
» Affixa delubris, et arma
» Militibus sine cæde (dixit)
» Derepta vidi: vidi ego civium
» Retorta tergo brachia libero,
» Portásque non clausas, et arva
» Marte coli populata nostro.
» Auro repensus scilicet acrior
» Miles redibit? flagitio additis
» Damnum: neque amissos colores
» Lana refert medicata fuco,

» Nec vera Virtus, quum semel excidit,
» Curat reponi deterioribus.
» Si pugnat extricata densis
» Cerva plagis, erit ille fortis
» Qui perfidis se credidit hostibus,
» Et Marte Pœnos proteret altero
» Qui lora restrictis lacertis
» Sensit iners, timuitque mortem
» Hinc unde vitam sumeret aptiùs,
» Pacem et duello miscuit: ô Pudor!
» O magna Carthago probrosis
» Altior Italiæ ruinis! »
Fertur pudicæ conjugis osculum,
Parvósque natos, ut capitis minor,
Ab se removisse, et virilem
Torvus humi posuisse voltum,
Donec labantes consilio Patres
Firmaret auctor numquam aliàs dato,
Interque mærentes amicos
Egregius properaret exsul.
Atqui sciebat quæ sibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen
Dimovit obstantes propinquos
Et Populum reditus morantem,
Quàm si clientûm longa negotia
Dijudicatâ lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros
Aut Lacedæmonium Tarentum.

VI. AD ROMANOS.

Ex impiorum morum corruptela qua malorum caussa est.

Delicta majorum immeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
Ædesque labentes Deorum et
Fœda nigro simulacra fumo.
Dis te minorem quòd geris, imperas:
Hinc omne principium; huc refer exitum.
Di multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosæ.
Jam bis Monæses et Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus
Nostros, et adjecisse prædam
Torquibus exiguis renidet.
Pæne occupatam seditionibus
Delevit Urbem Dacus et Æthiops,
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.
Fecunda culpæ secula nuptias
Primùm inquinavêre et genus et domos:
Hoc fonte derivata clades
In patriam * populosque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, et * fingitur artibus
Jam tunc, et incestos amores
De tenero meditatur ungui.
Mox juniores quærit adulteros
Inter mariti vina, neque eligit
Cui donet impermissa raptim
Gaudia, luminibus remotis:
Sed jussa coram non sine conscio

Surgit marito, seu vocat institor,
Seu navis Hispanæ magister
Dedecorum pretiosus emtor.
Non his Juventus orta parentibus
Infecit æquor sanguine Punico,
Pyrrhúmque et ingentem cecîdit
Antiochum Hannibalémque * dirum;
Sed rusticorum mascula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Versare glebas, et severæ
Matris ad arbitrium recisos
Portare fustes, sol ubi montium
Mutaret umbras, et juga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.
Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentûm pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

VII. AD ASTERIEN.

Hanc de absentia Gygis mærentem ita solatur, ut fictum illius mærorem arguat.

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent vere Favonii
Thynâ merce beatum
Constantis juvenem * fide
Gygen? Ille Notis actus ad Oricum
Post insana Capræ sidera, frigidas
Noctes non sine multis
Insomnis lacrimis agit.

Atqui sollicitæ nuncius hospitæ
Suspirare Chloen et miseram tuis
Dicens ignibus uri,
Tentat mille vafer modis.
Ut Prœtum mulier perfida credulum
Falsis impulerit criminibus nimis
Casto Bellerophonti
Maturare necem, refert.
Narrat pæne datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens:
Et peccare docentes *
Pellax historias * movet
Frustra: nam, scopulis surdior * Icaris
Voces audit adhuc integer. At tibi
Ne vicinus Enipeus
Plus justo placeat cave.
Quamvis non alius flectere equum sciens
Æquè conspicitur gramine Martio,
Nec quisquam citus æquè
Tusco denatat alveo,
Primâ nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querulæ despice tibiæ,
Et te sæpe vocanti
Duram difficilis mane.

VIII. AD MÆCENATEM.

Eum docet cur sibi Calibi Martiis Kalendis festus dies agatur

Martiis cælebs quid agam Kalendis,
Quid velint flores et acerra turis
Plena, miraris, positúsque carbo in
Cæspite vivo,

Docte sermones utriusque linguæ.
Voveram dulces epulas et album
Libero caprum, prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies, anno redeunte festus,
Corticem adstrictum pice demovebit
Amphoræ, fumum bibere institutæ
Consule Tullo.
Sume, Mæcenas, cyathos amici
Sospitis centum, et vigiles lucernas
Perfer in lucem: procul omnis esto
Clamor et ira.
Mitte civiles super Urbe curas:
Occidit Daci Cotisonis agmen;
Medus, infestus sibi, luctuosis
Dissidet armis:
Servit Hispanæ vetus hostis oræ
Cantaber, serâ domitus catenâ:
Jam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Negligens ne quâ populus laboret
Parce privatus nimiùm cavere; ac
Dona præsentis rape lætus horæ et
Linque severa.

IX.

Dialogus Horatii et Lydiæ.

HORATIUS.

DONEC gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidæ
Cervici juvenis dabat,

Persarum vigui Rege beatior.

LYDIA.

Donec non * aliam magis
Arsisti, neque erat Lydia post Chloen,
Multi Lydia nominis
Romanâ vigui clarior Iliâ.

HORATIUS.

Me nunc * Thressa Chloe regit,
Dulces docta modos et citharæ sciens,
Pro quâ non metuam mori,
Si * parcant animæ fata superstiti.

LYDIA.

Me torret face mutuâ
Thurini Calais filius Ornithi,
Pro quo bis patiar mori,
Si * parcant puero fata superstiti.

HORATIUS.

Quid? Si prisca redit Venus,
Diductósque jugo cogit aheneo?
Si flava excutitur Chloe,
Rejectæque patet janua Lydiæ?

LYDIA?

Quamquam sidere pulchrior
Ille est, tu levior cortice et improbo
Iracundior Hadriâ,
Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

X. AD LYCEN.

Ut Veneri ingratam ponat superbiam, admonetur.

EXTREMUM Tanain si biberes, Lyce,
Sævo nupta viro, me tamen asperas

Porrectum ante fores objicere incolis
Plorares Aquilonibus.
Audis quo strepitu janua, quo nemus
Inter pulchra * situm tecta remugiat,
Ventis et positas ut glaciet nives
Puro * numine Juppiter.
Ingratam Veneri pone superbiam,
Ne currente retrò funis eat rotâ.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamvis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus violâ pallor amantium,
Nec vir Pieriâ pellice saucius
Curvat, supplicibus tuis
Parcas nec rigidâ mollior esculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc semper erit liminis aut aquæ
Cœlestis patiens latus.

XI. AD MERCURIUM.

Hujus opem poscit, ut puellæ obstinatum flectat animum.

Mercuri, (nam te docilis magistro
Movit Amphîon lapides canendo)
Túque Testudo resonare septem
Callida nervis,
Nec loquax olim neque grata, nunc et
Divitum mensis et amica templis,
Dic modos Lyde quibus obstinatas
Applicet aures:
Quæ velut latis equa trima campis
Ludit exsultim, metuitque tangi

Nuptiarum expers, et adhuc protervo
Cruda marito.
Tu potes tigres comitésque silvas
Ducere et rivos celeres morari:
Cessit immanis tibi blandienti
Janitor aulæ
Cerberus, quamvis furiale centum
Muniant angues caput, * effluatque
Spiritus tæter saniésque mânet
Ore trilingui.
Quin et Ixîon Tityosque voltu
Risit invito; stetit urna paullùm
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
AUDIAT Lyde scelus atque notas
Virginum pœnas, et inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,
Seráque fata,
Quæ manent culpas etiam sub Orco.
Impiæ, (nam quid potuêre majus?)
Impiæ sponsos potuêre duro
Perdere ferro!
Una de multis face nuptiali
Digna, perjurum fuit in parentem
Splendidè mendax, et in omne virgo
Nobilis ævum.
» SURGE, quæ dixit juveni marito,
» Surge, ne longus tibi somnus unde
» Non times, detur: socerum et scelestas
» Falle sorores,
» Quæ velut nactæ vitulos leænæ
» Singulos eheu lacerant: ego illis

» Mollior nec te feriam neque intrà
» Claustra tenebo.
» Me pater sævis oneret catenis,
» Quòd viro clemens misero peperci;
» Me vel extremos Numidarum in agros
» Classe relèget.
» I pedes quò te rapiunt et auræ,
» Dum favet Nox et Venus: i secundo
» Omine, et nostri memorem sepulcro in-
» sculpe querelam.

XII. AD NEOBULEN.

Ejus vicem dolet, quòd patrui severitate ab amatoriis oblectamentis avocetur.

Miserarum est neque Amori dare ludum, neque dulci
Mala vino lávere, aut exanimari metuentes
Patruæ verbera linguæ.
Tibi qualum Cytherea puer ales, tibi telas
Operosæque Minervæ studium aufert, Neobule,
Liparei nitor Hebri.
Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,
Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno
Neque segni pede victus,
Celer idem per apertum fugientes agitato
Grege cervos jaculari, et catus alto latitantem
Fruticeto excipere aprum.

XIII. AD FONTEM DIGENTIAM.

Ei sacrificium et ab versibus suis celebritatem spondet.

O FONS Bandusiæ splendidior vitro,
Dulci digne mero non sine floribus,
Cras donaberis hædo,
Cui frons turgida cornibus
Primis et Venerem et prœlia destinat
Frustra: nam gelidos inficiet tibi
Rubro sanguine rivos
Lascivi suboles gregis.
Te flagrantis atrox hora Caniculæ
Nescit tangere: tu frigus amabile
Fessis vomere tauris
Præbes et pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis impositam ilicem
Saxis, unde loquaces
Lymphæ desiliunt tuæ.

XIIII.

Augusti reditum ex Hispaniâ, post Cantabricum bellum, celebrat.

HERCULIS ritu modò dictus, ô Plebs,
Morte venalem petiisse laurum
Cæsar Hispanâ repetit Penates
Victor ab orâ.*
Unico gaudens mulier marito
Prodeat justis operata Divis,
Et soror clari Ducis, et decoræ
Supplice vittâ

Virginum matres, juvenumque nuper
Sospitum. Vos ô pueri, puellæ et
Jam virûm expertes malè ominatis
Parcite verbis.
Hic dies verè mihi festus atras
Eximet curas: ego nec tumultum
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæsare terras.
I, pete unguentum, puer, et coronas,
Et cadum Marsi memorem duelli,
Spartacum si quà potuit vagantem
Fallere testa.
Dic et argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo * cohibere crinem:
Si per invisum mora janitorem
Fiet, abito.
Lenit albescens animos capillus
Litium et rixæ cupidos protervæ:
Non ego hoc ferrem calidus juventâ
Consule Planco.

XV. IN CHLORIN.

Ut saltem vetula nequitiæ ac libidini modum statuat.

Uxor pauperis Ibyci,
Tandem nequitiæ * fige modum tuæ,
Famosísque laboribus:
Maturo propior desine funeri
Interludere virgines,
Et stellis nebulam spargere candidis.
Non, si quid Pholoen satis,
Et te, Chlori, decet: filia rectiùs

Expugnat juvenum domos,
Pulso Thyias uti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Lascivæ similem ludere capreæ:
Te lanæ prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec poti vetulam fæce tenus cadi.

XVI. AD MÆCENATEM.

Multa ab auro mala oriri ostendit, et mediocritatis laudes prosequitur.

Inclusam Danaen turris ahenea,
Robustæque fores et vigilum canum
Tristes excubiæ munierant satis
Nocturnis ab adulteris,
Si non Acrisium, virginis abditæ
Custodem pavidum, Juppiter et Venus
Risissent: fore enim tutum iter et patens
Converso in pretium Deo.
Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo. Concidit Auguris
Argivi domus, ob lucrum
Demersa excidio: diffidit urbium
Portas vir Macedo et subruit æmulos
Reges muneribus: munera navium
Sævos illaqueant duces.
Crescentem sequitur cura pecuniam
Majorúmque fames. Jure perhorrui
Latè conspicuum tollere verticem,

Mæcenas Equitum decus.
Quantò quisque sibi plura negaverit,
Ab Dîs plura feret. Nil cupientium
Nudus castra peto, et transfuga divitum
Partes linquere gestio,
Contemtæ dominus splendidior rei,
Quàm si quicquid arat * non piger Apulus,
Occultare meis dicerer horreis
Magnas inter opes inops.
Puræ rivus aquæ, silváque jugerum
Paucorum, et segetis certa fides meæ,
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit sorte beatior.
Quamquam nec Calabræ mella ferunt apes,
Nec Læstrygoniâ Bacchus in amphorâ
Languescit mihi, nec pinguia Gallicis
Crescunt vellera pascuis;
Importuna tamen pauperies abest,
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
Contracto meliùs parva cupidine
Vectigalia * porrigam,
Quàm si Mygdoniis regnum Alyattei
Campis continuem. Multa petentibus
Desunt multa. Bene est cui Deus obtulit
Parcâ quod satis est manu.

XVII. AD ÆLIUM LAMIAM.

Eum hortatur ut, dum sæviet tempestas, Genio indulgeat.

Aeli vetusto nobilis ab Lamo, *
Qui Formiarum mœnia dicitur

Princeps, et innantem Maricæ
Litoribus tenuisse Lyrin
Latè Tyrannus, cras foliis nemus
Multis et algâ litus inutili *
Emissa tempestas ab Euro
Sternet, aquæ nisi fallit augur
Annosa cornix. Dum potes, aridum
Compone lignum: cras Genium mero
Curabis et * porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.

XIIX. AD FAUNUM HYMNUS.

Faunum precatur ut præsens absénsve agro pecoríque perindè faveat.

FAUNE Nympharum fugientûm amator,
Per meos fines et aprîca rura
Lenis incedas, abeásque parvis
Æquus alumnis,
Si tener pleno cadit hædus anno,
Larga nec desunt Veneris sodali
Vina crateræ * et vetus ara multo
Fumat odore.
Ludit herboso pecus omne campo,
Quum tibi Nonæ redeunt Decembres;
Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus.
Inter audaces lupus errat agnos,
Spargit agrestes tibi silva frondes:
Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

XIX. AD TELEPHUM.

Narratorem intempestivum ad convivii hilaritatem traducit.

QUANTÙM distet ab Inacho
Codrus pro patria non timidus mori,
Narras, et genus Æaci,
Et pugnata sacro bella sub Ilio:
Quo Chium pretio cadum
Mercemur, quis aquam temperet ignibus,
Quo præbente domum, et quotâ
Pelignis caream frigoribus, taces.
Da Lunæ properè novæ,
Da Noctis mediæ, da puer, auguris
Murenæ: tribus aut novem
Miscentor cyathis pocula commodis.
Qui Musas amat impares,
Ternos * ter cyathos attonitus petet
Vates: tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis juncta Sororibus.
Insanire juvat. Cur Berecyntiæ
Cessant flamina tibiæ?
Cur * pendet tacitâ fistula cum lyrâ?
Parcentes ego dexteras
Odi: sparge rosas. Audiat invidus
Dementem strepitum Lycus,
Et vicina seni non habilis Lyco.
Spissâ te nitidum comâ,
Puro te similem, Telephe, Vespero,
Tempestiva petit Chloe:
Me lentus Glyceræ torret amor meæ.

XX. AD PYRRHUM.

Eum monet quanto periculo puerum amanti puellæ eripuerit.

Non vides quanto moveas * periclo,
Pyrrhe, Getúlæ catulos leænæ:
Dura post paullò fugies inaudax
Prœlia raptor,
Quum per obstantes juvenum catervas
Ibit insignem repetens Nearchum
Grande certamen, tibi præda cedat
Major an illi.
Interim dum tu celeres sagittas
Promis, hæc dentes acuit timendos,
Arbiter pugnæ posuisse nudo
Sub pede palmam
Fertur, et leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis,
Qualis aut Nireus fuit aut aquosâ
Raptus ab Idâ.

XXI. AD AMPHORAM.

Monet ut in Corvini gratiam vinum promat generosum.

O NATA mecum Consule Manlio,
Seu tu querelas sive geris jocos,
Seu rixam et insanos amores,
Seu facilem, pia Testa, somnum:
Quocumque lectum nomine Massicum
Servas, moveri digna bono die:
Descende, Corvíno jubente,
Promere languidiora vina.
Non ille, quamquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus:

Narratur et prisci Catonis
Sæpe mero *caluisse virtus.
Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro: tu sapientium
Curas et arcanum jocoso
Consilium retegis Lyæo.
Tu spem redûcis mentibus anxiis
Virésque, et addis cornua pauperi,
Post te neque iratos trementi
Regum apices neque militum arma.
Te Liber, et si læta aderit Venus,
Segnésque nodum solvere Gratiæ,
Vivæque producent lucernæ,
Dum rediens fuget astra Phœbus.

XXII. IN DIANAM.

Pinum ei consecrat, et vovet annuum sacrificium.

MONTIUM custos nemorúmque Virgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata audis, adimísque leto
Diva triformis,
Imminens villæ tua pinus esto,
Quam per exactos ego lætus annos
Verris oblîquum meditantis ictum
Sanguine donem.

XXIII. AD PHIDYLEN.

Deos puris manibus et bonâ conscientiâ coli.

CŒLO supínas si tuleris manus
Nascente Lunâ, rustica Phidyle,

Si ture placâris et hornâ
Fruge Lares avidâque porcâ;
Nec pestilentem sentiet Africum
Fecunda vitis, nec sterilem seges
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.
Nam quæ nivali pascitur Algido
Devota quercus inter et ilices,
Aut crescit Albanis in herbis
Victima, Pontificum secures
Cervîce tinget: te nihil attinet
Tentare multâ cæde bidentium
Parvos coronantem marino
Rore Deos fragilique myrto.
Immunis aram si tetigit manus, *
Non sumtuosa blandior hostia: *
Mollibit aversos Penates
Farre pio et saliente micâ.

XXIIII.

*Seculi sui vitia insectatur, * eorúmque remedium proponit.*

Intactis opulentior
Thesauris Arabum et divitis Indiæ,
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis et mare * Apulicum;
Si figit adamantinos
Summis verticibus dira Necessitas
Clavos, non animum metu
Non mortis laqueis expedies caput.
Campestres meliùs Scythæ,
Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos,

Vivunt, et rigidi Getæ,
Immetata quibus jugera liberas
Fruges et Cererem ferunt,
Nec cultura placet longior annuâ,
Defunctúmque laboribus
Æquali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus
Privignis mulier temperat innocens,
Nec dotata regit virum
Conjux, nec nitido fidit adultero.
Dos est magna parentium
Virtus, et metuens alterius viri
Certo fœdere castitas,
Et peccare nefas, aut pretium est mori.
O quisquis volet impias
Cædes et rabiem tollere civicam,
Si quæret PATER URBIUM
Subscribi statuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam.
Clarus post genitis, quatenus, heu nefas!
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.
Quid tristes querimoniæ,
Si non supplicio culpa recidítur?
Quid leges sine moribus
Vanæ proficiunt, si neque fervidis
Pars inclusa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Duratæque solo nives
Mercatorem abigunt, horrida callidi
Vincunt æquora navitæ?
Magnum pauperies opprobrium jubet

Quidvis et facere et pati,
Virtutísque viam deserit arduæ.
Vel nos in Capitolium
Quò clamor vocat et turba faventium,
Vel nos in mare proximum
Gemmas et lapides aurum et inutile,
Summi materiem mali,
Mittamus. Scelerum si bene pœnitet,
Eradenda Cupidinis
Pravi sunt elementa, et teneræ nimis
Mentes asperioribus
Firmandæ studiis. Nescit equo rudis
Hærêre ingenuus puer,
Venarique timet, ludere doctior
Seu Græco jubeas trocho,
Seu mâlis vetitâ legibus aleâ.
Dum perjura patris fides
Consortem et socium fallit et hospitem,
Indignóque pecuniam
Heredi properat: sic licet improbæ
Crescant divitiæ, tamen
Curtæ nescio quid semper abest rei.

XXV. DITHYRAMBUS.

Octaviani laudes, Baccho auspice, exsequi meditatur.

Quò me, Bacche, rapis tui
Plenum? quæ nemora et quos agor in specus
Velox mente novâ? quibus
Antris egregii Cæsaris audiar
Æternum meditans decus
Stellis inserere, et concilio Jovis?

Dicam insigne, recens, adhuc
Indictum ore alio. Non secus in jugis
Exsomnis stupet Evias,
Hebrum prospiciens et nive candidam
Thracen, ac pede barbaro
Lustratam Rhodopen. Ut mihi devio
Rupes et vacuum nemus
Mirari libet! ô Naïadum potens
Baccharúmque valentium
Procéras manibus vertere fraxinos,
Nil parvum aut humili modo,
Nil mortale loquar. Dulce periculum est
O Lenæe, sequi Deum
Cingentem viridi tempora pampino.

XXVI. AD VENEREM.

Amori valedicit.

Vixi puellis nuper idoneus,
Et militavi non sine gloria:
Nunc arma defunctúmque bello
Barbiton hic paries habebit,
Lævum marínæ qui Veneris latus
Custodit. Hîc, hîc ponite lucida
Funalia et vectes et arcus
Oppositis foribus minaces.
O, quæ beatam Diva tenes Cyprum, et
Memphin carentem Sithoniâ nive,
Regîna, sublimi flagello
Tange Chloen semel arrogantem.

XXVII. AD GALATÊAM.

Abeuntem secundis ventis prosecutus, navigationis pericc. ac maximè Europes exemplum ipsi proponit.

Impios parræ recinentis omen
Ducat, et prægnans canis aut ab agro
Rava decurrens lupa Lanuvino,
Fœtáque volpes:
Rumpat et serpens iter institutum,
Si per obliquum similis sagittæ
Terruit mannos. Ego cui timebo
Providus auspex,
Ante quàm stantes repetat paludes
Imbrium divina avis imminentûm,
Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.
Sis licet felix ubicumque mavis,
Et memor nostri Galatêa vivas,
Téque nec lævus vetet ire picus,
Nec vaga cornix.
Sed vides quanto trepidet tumultu
Pronus Orîon. Ego quid sit ater
Hadriæ novi sinus, et quid albus
Peccet Iapyx.
Hostium uxores puerique cæcos
Sentiant motus orientis Austri, et
Æquoris nigri fremitum et trementes
Verbere ripas.
Sic et Europe niveum doloso
Credidit tauro latus, et scatentem
Belluis pontum mediásque fraudes
Palluit audax

Nuper, in pratis studiosa florum et
Debitæ Nymphis opifex coronæ,
Nocte sublustri nihil astra præter
Vidit et undas.
Quæ simul centum tetigit potentem
Oppidis Creten, « Pater, ô relictum
» Filiæ nomen pietásque (dixit)
» Victa furore!
» Unde? quò veni? Levis una mors est
» Virginum culpæ. Vigilánsne ploro
» Turpe commissum, an vitio carentem
» Ludit imago
» Vana, * quam portâ fugiens eburnâ
» Somnium ducit? * Meliúsne fluctus
» Ire per longos fuit, an recentes
» Carpere flores?
» Si quis infamem mihi nunc juvencum
» Dedat iratæ, lacerare ferro et
» Frangere enítar modò multùm amati
» Cornua * monstri
» Impudens liqui patrios Penates!
» Impudens Orcum moror! O Deorum
» Si quis * hæc audis, utinam intererrem
» Nuda leones!
» Ante quàm turpis macies decentes *
» Occupet malas, teneræque succus *
» Defluat prædæ, speciosa quæro
» Pascere tigres.
» Vilis Europe, pater urget absens:
» Quid mori cessas? potes hac ab orno
» Pendulum zonâ bene te secutâ * e-
» lidere collum.

» Sive te rupes et acuta leto
» Saxa * delectant, age, te procellæ
» Crede veloci: nisi herîle mavis
» Carpere pensum
» Regius sanguis, dominæque tradi
» Barbaræ pellex. » Aderat querenti
Perfidùm ridens Venus, et remisso
Filius arcu.
Mox ubi * lusit satis, » Abstineto, »
Dixit « irarum calidæque rixæ,
» Quum tibi * visus laceranda reddet
» Cornua taurus.
» Uxor invicti Jovis esse nescis.
» Mitte singultus; bene ferre magnam
» Disce fortunam: tua sectus orbis
» Nomina ducet. »

XXIIX. AD LYDEN.

Eam hortatur ad transigenda in potu et cantu Neptunalia.

Festo quid potiùs die
Neptuni faciam? Prome reconditum,
Lyde strenua, Cæcubum,
Munitæque adhibe vim sapientiæ.
Inclinare meridiem
Sentis; ac veluti stet volucris dies,
Parcis deripere horreo
Cessantem Bibuli consulis amphoram.
Nos cantabimus in vicem
Neptunum et virides Nereïdum comas:
Tu curvâ recines lyrâ

Latônam et celeris spicula Cynthiæ:
Summo carmine, quæ Cnidon
Fulgentésque tenet Cycladas, et Paphon
Junctis visit oloribus.
Dicetur meritâ Nox quoque neniâ.

XXIX. AD MÆCENATEM.

Invitat eum ad frugalem cœnam, et ut anxias de rebus futuris curas omittat, sapienter admonet.

TYRRHÊNA regum progenies, tibi
Non ante verso lene merum cado
Cum flore, Mæcenas, rosarum, et
Pressa tuis balanus capillis
Jamdudum apud me est. Eripe te moræ: *
Ne semper udum Tibur et Æsulæ *
Proclive contempleris arvum et
Telegoni juga parricídæ.
Fastidiosam desere copiam et
Molêm propinquam nubibus arduis:
Omitte mirari beatæ
Fumum et opes strepitúmque Romæ.
Plerumque gratæ divitibus vices,
Mundæque parvo sub lare pauperum
Cœnæ sine aulæis et ostro,
Sollicitam explicuêre frontem.
Jam clarus occultum Andromedæ pater
Ostendit ignem; jam Procyon furit
Et stella vesani Leonis,
Sole dies referente siccos.
Jam pastor umbras cum grege languido
Rivúmque fessus quærit, et *horridi

Dumeta Silvani, carétque
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu civitatem quis deceat status
Curas, et Urbi sollicitus times
Quid Seres et regnata Cyro
Bactra parent, Tanaísque discors.
Prudens futuri temporis exitum
Caliginosâ nocte premit Deus;
Ridetque si mortalis ultra
Fas * trepidat. Quod adest memento
Componere æquus: cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio * alveo
Cum pace * delabentis Etruscum in mare, nunc lapides adesos
Stirpésque raptas et pecus et domos
Volventis unà, non sine montium
Clamore vicinæque silvæ,
Quum fera diluvies quiétos
Irrîtat amnes. Ille potens sui
Lætusque * deget, cui licet IN DIEM
Dixisse VIXI. Cras vel atrâ
Nube polum Pater occupato
Vel sole puro: non tamen irritum
Quodcumque retrò est, efficiet, neque
Diffinget infectúmque reddet
Quod fugiens semel hora vexit.
Fortuna sævo læta negotio et
Ludum insolentem ludere * pertinax *
Transmutat * incertos honores,
Nunc mihi nunc alii benígna.
Laudo manentem: si celeres quatit
Pennas, resigno quæ dedit, et meâ

Virtute me involvo, probámque
Pauperiem sine dote quæro.
Non est meum, si mugiat Africis
Mâlus procellis, ad miseras preces
Decurrere, et votis pacisci
Ne Cypriæ * Tyriæque merces
Addant avaro divitias mari: *
Tum me biremis præsidio scaphæ *
Nudum per Ægæos tumultus
Aura * ferat geminúsque Pollux.

XXX.

Carminum suorum gloriam æternam fore.

Exegi monumentum ære perennius,
Regalíque situ pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series et fuga temporum.
Non omnis moriar, multáque pars mei
Vitabit Libitînam. Usque ego posterâ
Crescam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacitâ virgine Pontifex.
Dicar, quà violens obstrepit Aufidus,
Et quà pauper aquæ Daunus agrestium *
Regnavit populorum, ex humili potens,
Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. Sume superbiam
Quæsîtam meritis, et mihi Delphicâ
Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

Q. HORATII FLACCI CARMINUM

LIBER QUARTUS.

I. AD VENEREM.

Se per ætatem a rebus Venereis alieno animo esse debêre.

INTERMISSA, Venus, diu
Rursus bella moves. Parce, precor, precor
Non sum qualis eram bonæ
Sub regno Cinaræ. Desine, dulcium
Mater sæva Cupidinum,
Circa lustra decem flectere mollibus
Jam durum imperiis. Abi
Quò blandæ juvenum te revocant preces.
Tempestiviùs in domo
Paulli purpureis ales oloribus
Comissabere Maximi,
Si torrêre jecur quæris idoneum.
Namque et nobilis et decens,
Et pro sollicitis non tacitus reis,
Et centum puer artium,
Latè signa feret militiæ tuæ:
Et, quandóque potentior
Largis muneribus riserit æmuli,
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream sub trabe citreâ.
Illic plurima naribus

Duces tura, * lyræque et * Berecyntiæ
Delectabere * tibiæ
Mistis carminibus, non sine fistulâ.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium ter quatient humum.
Me nec femina nec puer
Jam, nec spes animi credula mutui,
Nec certare juvat mero,
Nec vincire novis tempora floribus.
Sed cur heu! Ligurîne, cur
Manat rara meas lacrima per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis * te ego somniis
Jam captum teneo, jam volucrem sequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas, dure, volubiles.

II. AD ANTONIUM IULUM.

Invitatus Horatius ad Augusti victorias Pindarico carmine celebrandas, ita se excusat ut id ipsum maximè præstet.

PINDARUM quisquis studet æmulari, Iule, ceratis ope Dædaléâ
Nititur pennis vitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens velut amnis, imbres *
Quem super notas aluêre ripas,
Fervet immensúsque ruit profundo
Pindarus ore,

Laureâ donandus Apollinari,
Seu per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit, numerísque fertur
Lege solutis;
Seu Deos * regésve canit Deorum
Sanguinem, per quos cecidêre justâ
Morte Centauri, cecidit tremendæ
Flamma Chimæræ;
Sive, quos Elêa domum reducit
Palma cœlestes; pugilémve equúmve
Dicit, et centum potiore signis
Munere donat;
Flebili sponsæ * juvenémve raptum
Plorat, et vires animúmque morésque
Aureos * edûcit in astra, nigróque
Invidet Orco.
Multa Dircæum levat aura cycnum,
Tendit, Antóni, quoties in altos
Nubium tractus: ego apis Matínæ
More modóque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus * uvidíque
Tiburis rivos, operosa parvus
Carmina fingo.
Concines majore poêta plectro
Cæsarem, quandóque trahet feroces
Per sacrum clivum meritâ decorus
Fronde Sicambros,
Quo nihil majus meliúsve terris
Fata donavêre boníque Divi,
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.

Concines lætosque dies et Urbis
Publicum ludum super impetrato
Fortis Augusti reditu, forumque
Litibus orbum.
Tum meæ (si quid * loquor audiendum)
Vocis accedet bona pars, et, O SOL
PULCHER, O LAUDANDE, canam, recepto
Cæsare felix. *
Duxque dum procedet, IO * TRIUMPHE,
O Non semel dicemus, IO * TRIUMPHE,
Civitas omnis, dabimusque Divis
Tura benignis.
Te decem tauri totidemque vaccæ,
Me tener solvet vitulus, relictâ
Matre, qui largis juvenescit herbis
In mea vota,
Fronte curvatos imitatus ignes
Tertium Lunæ referentis * ortum;
Quà notam * duxit niveus videri,
Cætera fulvus.

III. AD MELPOMENEN.

Acceptum illi refert quòd aliquem inter poetas locum obtineat.

QUEM tu, Melpomene, semel
Nascentem placido lumine videris,
Illum non labor Isthmius
Clarabit pugilem; non equus impiger
Curru ducet * Achaïo
Victorem; neque res bellica Deliis
Ornatum foliis ducem,

Quòd regum tumidas contuderit minas,
Ostendet Capitolio:
Sed quæ Tibur aquæ fertile * præfluunt,
Et spissæ nemorum comæ
Fingent Æolio carmine nobilem.
Romæ principis urbium
Dignatur suboles inter amabiles
Vatum ponere me choros,
Et jam dente minùs mordeor invido.
O testudinis aureæ
Dulcem quæ strepitum, Pieri, temperas;
O mutis quoque piscibus
Donatura cycni, si libeat, sonum,
Totum muneris hoc tui est,
Quòd monstror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ:
Quòd spiro et placeo (si placeo) tuum

IV.

Cl. Drusi Neronis victoriam de Vindelicis celebi

QUALEM ministrum fulminis alitem,
(Cui rex Deorum regnum in aves vagas
Permisit, expertus fidêlem
Juppiter in Ganymêde flavo)
Olim juventas et patrius vigor
Nido labôrum * propulit inscium;
Vernisque jam nimbis remotis,
Insolitos docuêre nisus
Venti paventem; mox in ovilia
Demisit hostem * fervidus impetus;
Nunc in reluctantes dracones

Egit amor dapis atque pugnæ:
Qualemve lætis caprea pascuis
Intenta, fulvæ matris ab ubere*
Jam jamque depulsum leonem,
Dente novo peritura vidit:
Vidêre Rætis bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici, et diu
Lateque victrices catervæ
Consiliis juvenis * revictæ
Sensêre quid mens ritè quid indoles
Nutrîta faustis sub penetralibus
Posset, quid Augusti paternus
In pueros animus * Nerones.
Fortes creantur fortibus et bonis:
Est in juvencis est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feróces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrîna sed vim promovet insitam,
Rectique cultus pectora roborant:
Utcumque defecêre mores, *
Dedecorant bene nata culpæ.
Quid debeas, ô Roma, Neronibus
Testis Metaurum flumen, et Hasdrubal
Devictus, et pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus almâ risit adoreâ; *
Durus per urbes Afer ut Italas,
Ceu flamma per tædas vel Eurus
Per Siculas equitavit undas.
Post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes crevit, et impio
Vastata Pœnorum tumultu

Fana Deos habuêre rectos.
Dixitque tandem perfidus Hannibal:
» CERVI luporum præda rapacium
» Sectamur ultro quos opimus
» Fallere et effugere est triumphus.
» Gens, quæ cremato fortis ab Ilio,
» Jactata Tuscis æquoribus sacra
» Natosque maturosque patres
» Pertulit Ausonias ad urbes,
» Duris ut ilex * tonsa bipennibus
» Nigræ feraci frondis in Algido,
» Per damna per cædes ab ipso
» Ducit opes * animosque ferro.
» Non Hydra, secto corpore, firmior
» Vinci dolentem crevit in Herculem;
» Monstrumve submisêre Colchi
» Majus Echioniæve Thebæ.*
» Merses profundo, pulchrior evenit: *
» Luctêre, multâ proruit integrum
» Cum laude victorem, * geritque
» Prœlia conjugibus loquenda.
» Carthagini jam non ego nuncios
» Mittam superbos: occidit, occidit
» Spes omnis et fortuna nostri
» Nominis, Hasdrubale interemto. »
Nil Claudiæ non * perficient manus,
Quas et benigno numine Juppiter
Defendit, et curæ sagaces
Expediunt per acuta * belli.

V. AD AUGUSTUM.

Ut reditum in Urbem maturet.

Divis orte bonis, optime Romulæ
Custos gentis, abes jam nimiùm diu:
Maturum reditum pollicitus Patrum
Sancto concilio, redi.
Lucem redde tuæ, Dux bone, patriæ:
Instar veris enim voltus ubi tuus
Affulsit Populo, gratior it dies
Et soles meliùs nitent.
Ut mater juvenem, quem Notus invido
Flatu Carpathii trans maris æquora
Cunctantem spatio longiùs annuo
Dulci * distinet ab domo, *
Votisque ominibusque et precibus vocat,
Curvo nec faciem litore demovet;
Sic desideriis icta fidelibus
Quærit Patria Cæsarem.
Tutus bos etenim * prata perambulat:
Nutrit rura Ceres almaque Faustitas:
Pacatum volitant per mare navitæ:
Culpari metuit Fides:
Nullis polluitur casta domus stupris:
Mos et lex maculosum edomuit nefas:
Laudantur simili prole puerperæ:
Culpam Pœna premit comes.
Quis Parthum paveat? quis gelidum Scythen?
Quis Germania quos horrida parturit
Fetus, incolumi Cæsare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
Condit quisque diem collibus in suis,

Et vitem viduas ducit ad arbores:
Hinc ad vina * venit lætus, et alteris
Te mensis adhibet Deum.
Te multâ prece, te prosequitur mero *
Defuso pateris, et Laribus tuum
Miscet numen uti Græcia Castoris
Et magni memor Herculis.
LONGAS Ô UTINAM, DUX BONE, FERIA
PRÆSTES HESPERIÆ, dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uvidi
Quum Sol Oceano subest.

VI. AD APOLLINEM HYMNUS

Rogat Apollinem, ut Carmen Seculare probet ac tue

DIVE, quem proles Niobæa magnæ
Vindicem linguæ, Tityosque raptor
Sensit, et Troiæ prope victor altæ
Phthius Achilles,
Cæteris major, tibi miles impar,
Filius quamvis * Thetidos marinæ,
Dardanas turres quateret tremendâ
Cuspide pugnax:
Ille, mordaci velut icta ferro
Pinus aut * impulsa cupressus Euro,
Procidit latè, posuitque collum in
Pulvere * Teucro.
Ille, non inclusus equo Minervæ
Sacra mentíto, malè feriatos
Troas et lætam Priami choréis
Falleret aulam:
Sed palam captis gravis, heu nefas! heu!

Nescios fari pueros Achivis
Ureret flammis, etiam * latentem
Matris in alvo,
Ni tuis * victus Venerisque gratæ
Vocibus, Divûm pater annuisset
Rebus Ænéæ potiore ductos
Alite muros. *
Doctor * Argivæ fidicen Thalíæ,
Phœbe qui Xantho lavis amne crines,
Dauniæ defende decus Camenæ,
Lêvis * Agyieu.

VII. AD PUEROS ET PUELLAS.

Eos admonet Poéta ut Carmen seculare rite recitent.

SPIRITUM Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis nomenque dedit poétæ.
Virginum primæ puerique claris
Patribus orti,
Deliæ tutêla Deæ fugaces
Lyncas et cervos cohibentis arcu,
Lesbium servate pedem meique
Pollicis ictum,
Ritè Latonæ puerum canentes,
Ritè crescentem face Noctilucam,
Prosperam frugum celeremque pronos
Volvere menses.
Nupta jam * dices. » EGO Dîs amîcum,
» Seculo festas referente luces,
» Reddidi carmen, docilis modorum
» Vatis Horatî. »

IIX. AD TORQUATUM.

Illum propositâ moriendi necessitate ad jucunc vivendum invitat.

DIFFUGÊRE nives, redeunt jam gramina c
Arboribusque comæ:
Mutat terra vices, et decrescentia ripas
Flumina præter eunt.
Gratia cum Nymphis geminisque Sororibus
Ducere nuda choros.
Immortalia ne speres monet annus et * almu
Quæ rapit hora diem.
Frigora mitescunt Zephyris: ver proterit æs
Interitura simul
Pomifer autumnus fruges effuderit, et mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant cœlestia Lu
Nos ubi decidimus
Quò pius Æneas, quò Tullus dives et Anc
Pulvis et umbra sumus. *
Quis scit an adjiciant hodiernæ crastina su
Tempora Dî superi?
Cuncta manus avidas fugient heredis, amíc
Quæ dederis Animo.
Quum semel occideris, et de te * splendida
Fecerit arbitria,
Non, Torquate, genus, non te facundia, n
Restituet pietas:
Infernis neque enim tenebris Diana pudícu
Liberat Hippolytum,
Nec Lethæa valet Theseus abrumpere car
Vincula Pirithoo.

IX. AD MARTIUM CENSORINUM.

Nihil carminibus esse potentius ad sui nominis memoriam ab oblivione vindicandam.

Donarem pateras grataque commodus,
Censorîne, meis æra sodalibus;
Donarem tripodas præmia fortium
Graiörum, neque tu pessima munerum
Ferres, divite me scilicet artium
Quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,
Hic saxo, liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem * ponere nunc Deum:
Sed non hæc mihi vis, nec tibi talium
Res est aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus; carmina possumus
Donare, et pretium dicere * muneris.
Non incîsa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus et vita redit bonis
Post mortem ducibus; non celeres fugæ
Rejectæque retrorsum Hannibalis minæ,
Non * impendia Carthaginis impiæ,
Ejus qui domitâ nomen ab Africâ
Lucratus rediit, clariùs indicant
Laudes quàm Calabræ Pierides: neque
Si chartæ sileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ
Mavortisque puer, si Taciturnitas
Obstaret meritis invida * Romuli?
Ereptum Stygiis fluctibus Æacum
Virtus, et favor et lingua potentium
Vatum divitibus consecrat insulis.
Dignum laude virum Musa vetat mori:

Cœlo Musa beat. Sic Jovis interest
Optatis epulis impiger Hercules; *
Clarum Tyndaridæ sidus ab * intimis
Quassas eripiunt æquoribus rates; *
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

X. AD LOLLIUM.

Ejus nomen suis carminibus ab hominum obl.ivione vindicat.

NE fortè credas interitura quæ
Longè sonantem natus ad Aufidum
Non ante volgatas per artes
Verba * loquor socianda chordis.
Non, si priores Mæonius tenet
Sedes Homêrus, Pindaricæ latent
Ceæque et Alcæi minaces
Stesichorique graves Camenæ;
Nec, si quid olim lusit Anacreon,
Delêvit ætas: spirat adhuc amor
Vivuntque commissi calores
Æoliæ fidibus puellæ.
Non sola comtos arsit adulteri
Crines, et aurum vestibus illitum
Mirata regalesque cultus
Et comites, Helene Lacæna:
Primusve * Teucer tela * Cydonio
Direxit arcu: non semel Ilios
Vexata: non pugnavit ingens
Idomeneus Sthenelusve solus
Dicenda Musis prœlia: non ferox

Hector vel acer Deiphobus graves
Excêpit ictus pro pudícis
Conjugibus puerisque primus.
Vixêre fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes illacrimabiles
Urgentur ignotique longâ
Nocte, carent quia vate sacro.
Paullùm sepultæ distat inertiæ
Celata virtus. Non ego te meis
Chartis inornatum * silebo,
Totve tuos patiar labores
Impunè, Lolli, carpere lividas
Obliviones. Est animus tibi
Rerumque prudens, et secundis
Temporibus dubiisque rectus,
Vindex avaræ fraudis, et abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniæ,
Consulque non unîus anni,
Sed quoties bonus atque fidus
Judex honestum prætulit utili, et *
Rejêcit alto dona nocentium
Voltu, et * per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma.
Non possidentem multa vocaveris
Rectè beatum: rectiùs occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti
Duramque callet pauperiem pati,
Pejusque leto flagitium timet:
Non ille pro caris amícis
Aut patriâ timidus perire.

XI. AD LIGURINUM.

Superbiam illi exprobrat.

O CRUDĒLIS adhuc et Veneris muneribus po
Insperata tuæ quum venerit * pluma superbiæ,
Et quæ nunc humeris involitant, deciderint co
Nunc et qui color est puniceæ flore prior rosæ
Mutatus, Ligurinum in faciem verterit hispida
Dices HEU (quoties te * in speculo videris alte
» Quæ mens est hodie, cur eadem non puero
» Vel cur his animis incolumes non redeunt g

XII. AD PHYLLIDEM.

Invitat eam ad epulas die natali Mæcenatis.

EST mihi nonum superantis annum
Plenus Albani cadus; est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis;
Est ederæ vis
Multa, quâ crines religata fulges.
Ridet argento domus, ara castis
Vincta verbénis avet immolato
Spargier agno.
Cuncta festinat manus: huc et illuc
Cursitant mistæ pueris puellæ:
Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.
Ut tamen nôris quibus advocêre
Gaudiis, Idus tibi sunt agendæ, *
Qui dies mensem Veneris marínæ
Findit Aprilem,
Jure solemnis mihi sanctiorque

Pæne natali proprio, quòd ex hac
Luce Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos.
Telephum quem tu petis, occupavit
Non tuæ sortis juvenem puella
Dives et lascîva, tenetque gratâ
Compede vinctum.
Terret ambustus Phaeton avaras
Spes, et exemplum grave præbet ales*
Pegasos terrenum equitem gravatus
Bellerophonten,
Semper ut te digna sequare, et ultra
Quàm licet sperare nefas putando,
Disparem vites. Age, jam meorum
Finis amorum,
(Non enim posthac aliâ calebo
Feminâ) condisce modos amandâ
Voce quos reddas. * Minuuntur atræ
Carmine curæ.

XIII. AD VIRGILIUM.

Illum ad cœnam vocat eâ lege ut suam secum afferat symbolam.

Jam Veris comites, quæ mare temperant,
Impellunt animæ lintea Thraciæ;
Jam nec prata rigent, nec fluvii strepunt
Hibernâ nive turgidi.
Nidum ponit Ityn flebiliter gemens,
Infelix avis, et * Cecropiæ domûs
Æternum opprobrium, * quæ malè barbaras
Regum est ulta libidines.

Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistulâ,
Delectante * Deum cui pecus et * nigræ
Colles Arcadiæ placent.
Adduxêre sitim tempora, Virgilî:
Sed pressum Calibus ducere Liberum
Si gestis juvenum nobilium cliens,
Nardo vina * merebere.
Nardi parvus onyx * eliciet cadum,
Qui nunc Sulpiciis accubat horreis,
Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.
Ad quæ si properas gaudia, cum tuâ
Velox merce veni: non ego te meis
Immûnem meditor tingere poculis,
Plenâ dives ut in domo.
Verùm pone moras et studium lucri,
Nigrorumque memor dum licet ignium,
Misce stultitiam consiliis brevem:
Dulce est desipere in loco.

XIV. IN LYCEN.

Insultat ei, quòd jam anus a juvenibus contemnatur.

Audivêre, Lyce, Dî mea vota: Dî
Audivêre, Lyce. Fis anus, et tamen
Vis formosa videri,
Ludisque et bibis impudens,
Et cantu tremulo pota Cupidinem
Lentum sollicitas. Ille virentis et
Doctæ psallere Chiæ
Pulchris excubat in genis.

Importunus enim transvolat aridas
Quercus, et refugit te, quia luridi
Dentes, te, quia rugæ
Turpant et capitis nives.
Nec Coæ * referunt jam tibi purpuræ
Nec * clari lapides tempora quæ semel
Notis condita fastis
Inclusit volucris dies.
Quò fûgit Venus? heu! * quò color? heu! decens
Quò motus? Quid habes illius, illius
Quæ spirabat amores,
Quæ me surpuerat mihi,
Felix post Cinaram, notaque et artium *
Gratarum * facies? Sed Cinaræ breves
Annos fata dedérunt,
Servatura diu parem
Cornîcis vetulæ temporibus Lycen; *
Possint ut juvenes visere fervidi,
Multo non sine risu, *
Dilapsam in cineres facem.

XV. AD AUGUSTUM.

Drusi de Vindelicis, ac præsertim Tiberii de Ratis victorias Augusti auspiciis ac felicitati adscribit.

QUÆ cura Patrum, quæve Quiritium,
Plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in ævum
Per titulos memoresque fastos
Æternet, o! quà Sol habitabiles
Illustrat oras, maxime principum,
Quem legis expertes Latînæ

Vindelici didicêre nuper
Quid marte posses? Milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus,
Breunosque veloces, et arces
Alpibus impositas tremendis
Deiècit acer, plus vice simplici.
Major Neronum mox grave prœlium
Commisit, immanesque Rætos
Auspiciis * pepulit secundis,
Spectandus in certamine Martio,
Devota morti pectora liberæ
Quantis * fatigaret ruínis,
Indomitas prope qualis undas
Exercet Auster Pleiadum choro
Scindente nubes, impiger hostium
Vexare turmas et frementem
Mittere equum medios per ignes.
Sic tauriformis volvitur Aufidus,
Qui regna Dauni præfluit Apuli,
Quum sævit, horrendamque cultis
Diluviem * minitatur agris,
Ut barbarorum Claudius agmina
Ferrata vasto diruit impetu,
Primosque et extremos metendo
Stravit * humi, sine clade victor,
Te copias, te consilium et tuos
Præbente Divos. Nam tibi, quo die
Portus Alexandrîa supplex
Et vacuam patefêcit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus,
Laudemque et optatum peractis

Imper

Imperiis decus arrogavit.
Te Cantaber non ante domabilis,
Medusque et Indus, te profugus Scythes
Miratur, ô tutêla præsens
Italiæ dominæque Romæ!
Te fontium qui celat origines
Nilusque et Ister, te rapidus Tigris,
Te belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis,
Te non paventis funera Galliæ,
Duræque tellus audit Iberiæ:
Te cæde gaudentes Sicambri
Compositis venerantur armis.

XVI. AUGUSTO PACIFICO.

PHŒBUS volentem prœlia me loqui
Victas et urbes, increpuit lyrâ
Ne parva Tyrrhenum per æquor
Vela darem. Tua, Cæsar, ætas
Fruges et agris retulit uberes,
Et signa nostro restituit Jovi
Derepta Parthorum superbis
Postibus, et vacuum duellis
Janum Quiríni clausit, et ordinem
Rectum evaganti * frena Licentiæ
Injêcit, emovitque * culpas,
Et veteres revocavit artes,
Per quas Latînum nomen et Italæ
Crevêre vires, famaque et Imperî
Porrecta majestas ad * ortus
Solis ab Hesperio cubili.

Custode rerum Cæsare, non Furor
Civilis aut Vis * eximet otium:
Non Ira quæ procûdit enses
Et miseras inimîcat urbes.
Non qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Julia, non Getæ,
Non Seres, infidive Persæ,
Non Tanaïn prope flumen orti.
Nosque et profestis lucibus et sacris,
Inter jocosi munera Liberi
Cum prole matronisque nostris,
Rite Deos priùs apprecati,
Virtute functos (more patrum) duces
Lydis remisto carmine tibiis,
Troiamque et Anchîsen et almæ
Progeniem Veneris canemus.

QUINTI
HORATII FLACCI
EPODON LIBER.

Q. HORATII FLACCI EPODON LIBER.

I. AD MÆCENATEM.

Ei ad bellum Actiacum profecturo comitem se offert.

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amîce, propugnacula,
Paratus omne Cæsaris periculum
Subire, Mæcénas, tuo.
Quid nos, quibus te vita si superstite
Jucunda, si contra, gravis?
Utrumne jussi persequemur otium?
Non dulce ni tecum simul.
An hunc laborem mente laturi, decet
Quâ ferre non molles viros?
Feremus, et te vel per Alpium juga
Inhospitalem et Caucason,
Vel Occidentis usque ad ultimum sinum
Forti sequemur pectore.
Roges tuum labore quid juvem meo
Imbellis ac firmus parum.
Comes minore sum futurus in metu,
Qui major absentes habet,
Ut assidens implumibus pullis avis
Serpentium allapsus timet,
Magis relictis; non, ut adsit, auxilî
Latura plus præsentibus.
Libenter hoc et omne militabitur
Bellum in tuæ spem gratiæ,

Non me Lucrîna juverint conchylia
Magisve rhombus aut scari,
(Si quos Eois intonata fluctibus
Hiems ad hoc * vertat mare)
Non Afra avis descendat in ventrem meum
Non attagen * Ionius
Jucundior, quàm lecta de pinguissimis
Oliva ramis arborum,
Aut herba lapathi prata amantis, et gravi
Malvæ salubres corpori,
Vel agna festis cæsa Terminalibus,
Vel hædus ereptus lupo.
Has inter epulas ut juvat pastas oves
Vidêre properantes domum!
Vidêre fessos vomerem inversum boves
Collo trahentes languido,
Positósque vernas, ditis examen domûs,
Circum renidentes Lares!
Hæc * ut locutus fenerator Alfius,
Jam jam futurus rusticus,
Omnem relegit Idibus pecuniam,
Quærit Kalendis ponere.

III. AD MÆCENATEM.

Allii detestatio.

PARENTIS olim si quis impiâ manu
Senile guttur fregerit, *
Edat cicutis allium nocentius.
O dura messorum ilia!
Quid hoc veneni sævit in præcordiis?
Num viperinus his cruor

Incoctus herbis me fefellit? an malas
Canidia tractavit dapes?
Ut, Argonautas præter omnes candidum
Medêa mirata est ducem
Ignota tauris illigaturum juga,
Perunxit hoc Iasonem;
Hoc delibutis ulta donis pellicem
Serpente fûgit alite.
Nec tantus umquam siderum insêdit vapor
Siticulosæ Apuliæ,
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius.
At, si quid umquam tale concupiveris,
Jocose Mæcénas, precor
Manum puella suavio * apponat tuo,
Extrêma et in spondâ cubet.

IIII. IN MENAM.

i e servo Pompeii Magni factus libertus, et Tribunus ilitum, Triumviralis classis parti erat præficiendus.

Lupis et agnis quanta sortítò obtigit,
Tecum mihi discordia est,
Ibericis peruste funibus latus,
Et crura durâ compede.
Licet superbus ambules pecuniâ,
Fortuna non mutat genus.
Vidésne, Sacram metiente te viam
Cum bis trium ulnarum togâ,
Ut ora vertat huc et huc euntium
Liberrima indignatio?
» Sectus flagellis hic triumviralibus

» Præconis ad fastidium,
» Arat Falerni mille fundi jugera,
» Et Appiam mannis terit,
» Sedilibusque magnus in primis eques,
» Othone contemto, sedet.
» Quid attinet tot * ora navium gravi *
» Ærata duci pondere
» Contra latrones atque servilem manum,
» Hoc, hoc tribuno militum? »

V. PUERI IN CANIDIAM VENEFICAM DIR

» At (ô Deorum quidquid in cœlo * regit
» Terras et humanum genus)
» Quid iste fert tumultus? * ecquid omnium
» Voltus in unum me truces?
» Per liberos te, si vocata partubus
» Lucina veris adfuit,
» Per hoc inane purpuræ decus precor,
» Per improbaturum hæc Jovem,
» Quid ut noverca me intuêris, aut uti
» Petita ferro bellua? »
Ut, hæc tremente questus ore, constitit
Insignibus raptis puer,
Impube corpus, quale posset impia
Mollire Thracum pectora,
Canidia brevibus implicata viperis
Crines et incomtum caput,
Jubet sepulcris caprificos erutas,
Jubet * cupressus funebres,
Et uncta turpis ova ranæ sanguine,
Plumámque nocturnæ strigis,

Herbasque quas Iolcos atque Iberia
Mittit venenorum ferax,
Et ossa ab ore rapta jejunæ canis
Flammis aduri Colchicis.
At expedita Sagana per totam domum
Spargens Avernales aquas,
Horret capillis ut marînus asperis
Echînus, aut * Laurens aper:
Abacta nullâ Veia conscientiâ
Ligonibus duris humum
Exhauriebat, ingemens laboribus, *
Quâ posset infossus puer
Longo die bis * terve mutatæ dapis
Inemori spectaculo,
Quum prominêret ore quantùm exstant aquâ
Suspensa mento corpora; *
Exsucca uti medulla et aridum jecur
Amoris esset poculum,
Interminato quum semel fixæ cibo
Intabuissent pupulæ.
Non defuisse masculæ libidinis
Ariminensem Foliam
Et otiosa credidit Neapolis
Et omne vicînum oppidum,
Quæ sidera excantata voce Thessalâ
Lunámque cœlo deripit.
Hîc irresectum sæva dente livido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? » O rebus meis
» Non infideles arbitræ,
» Nox et Diana quæ silentium regis,
» Arcana quum fiunt sacra;

» Nunc nunc adeste, nunc in hostíles domos
» Iram atque numen vertite, *
» Formidolosæ dum latent silvis feræ
» Dulci sopore languidæ,
» Senem (quod omnes rideant) adulterum
» Latrent Suburanæ canes
» Nardo perunctum, quale non perfectius
» Meæ * laborarunt manus.
» Quid accídit? cur dira barbaræ minùs
» Venena Medeæ valent,
» Quibus superbam * fûgit ulta pellicem
» Magni Creontis filiam,
» Quum palla, tabo munus imbûtum, novam
» Incendio nuptam abstulit?
» Atqui nec herba nec latens in asperis
» Radix fefellit me locis.
» Indormit unctis omnium cubilibus
» Oblivione pellicum.
» Ha! ha! solutus ambulat veneficæ
» Scientioris carmine.
» Non usitatis, Vare, potionibus,
(» O multa fleturum caput)
» Ad me recurres: nec vocata mens tua
» Marsis redibit vocibus.
» Majus parabo, majus infundam tibi
» Fastidienti poculum,
» Priúsque cœlum sidet inferius mari,
» Tellure porrectâ super,
» Quàm non amore sic meo flagres, uti
» Bitumen atris ignibus. »
Sub hæc puer jam, non ut ante, mollibus
Lenire verbis impias;

Sed dubius unde rumperet silentium,
Misit Thyestéas preces.
» Venêna (magnum!) fas nefasque, non valent
» Convertere humanam vicem.
» Diris agam vos: dira detestatio
» Nullâ expiatur victimâ.
» Quin, ubi perire jussus exspiravero,
» Nocturnus occurram Furor,
» Petámque voltus umbra curvis unguibus,
» (Quæ vis Deorum est Manium)
» Et inquietis assidens præcordiis,
» Pavore somnos auferam.
» Vos turba vicatim hinc et hinc saxis petens
» Contundet obscænas anus.
» Post insepulta membra different lupi
» Et Esquilínæ alites,
» Neque hoc parentes heu! mihi superstites
» Effugerit spectaculum. »

VI. IN CASSIUM SEVERUM.

Maledico minatur ultionem.

Quid immerentes hospites vexas, canis,
Ignavus adversùm lupos?
Quin huc inanes verte, si potes, minas
Et me remorsurum pete.
Nam qualis aut Molossus aut fulvus * Lacon,
Amîca vis pastoribus,
Agam per altas, aure sublatâ, nives,
Quæcumque * præcedet fera.
Tu, quum timendâ voce complesti nemus,
Projectum odoraris cibum.

Cave, cave: namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua,
Qualis Lycambæ spretus infido gener,
Aut acer hostis Bupalo.
An si quis atro dente me * petiverit,
Inultus ut flebo puer?

VII. AD ROMANOS

Bellum civile redintegrantes.

Quò? quò, scelesti, ruitis? aut cur dexte
Aptantur enses conditi?
Parúmne campis atque Neptuno super
Fusum est Latíni sanguinis,
Non ut superbas invidæ Carthaginis
Romanus arces ureret,
Intactus aut Britannus ut descenderet
Sacrâ catenatus viâ;
Sed ut, secundùm vota Parthorum, suâ
Urbs hæc periret dexterâ?
Neque hic lupis mos nec fuit leonibus,
Numquam nisi in dispar * feris.
Furórne * cæcos, an rapit vis acrior,
An culpa? responsum date...
Tacent, et albus ora pallor inficit,
Mentesque * perculsæ stupent.
Sic est. Acerba fata Romanos agunt
Scelusque fraternæ necis,
Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

VIII.

In anum libidinosam.

ROGARE longo putidam te seculo,
Vires quid enervet meas?
Quum sit tibi dens ater, et rugis vetus
Frontem senectus exaret,
Hietque turpis inter aridas nates
Podex velut crudæ bovis.
Sed incitat me pectus et mammæ putres,
Equina quales ubera,
Venterque mollis et femur tumentibus
Exîle suris additum.
Esto beata: funus atque imagines
Ducant triumphales tuum:
Nec sit marîta, quæ rotundioribus
Onusta baccis ambulet.
Quid? quod libelli Stoïci inter sericos
Jacêre pulvillos amant?
Illiterati num minùs nervi rigent?
Minúsve languet fascinum?
Quod ut superbo provoces ab inguine,
Ore allaborandum est tibi.

IX. AD MÆCENATEM.

Victoriæ Actiacæ primordia celebrat.

QUANDO repostum Cæcubum ad festas dapes,
Victore lætus Cæsare,
Tecum sub altâ (sic Jovi gratum) domo,
Beate Mæcénas, bibam,
Sonante * mistum tibiis carmen lyrâ,
Hac Dorium, illis Barbarum;

Ut nuper, actus quum freto Neptunius
Dux fûgit, ustis navibus,
Minatus Urbi vincla quæ detraxerat
Servis amîcus perfidis?
Romanus, eheu! (posteri negabitis)
Emancipatus feminæ
Fert vallum et arma miles, et spadonibus
Servire rugosis potest:
Interque signa (turpe!) militaria
Sol adspicit conopeum.
Ad*hoc frementes verterunt bis mille equos
Galli canentes Cæsarem,
Hostiliúmque navium portu latent
Puppes sinistrorsum*sitæ.
Io Triumphe! Tu moraris aureos
Currus et intactas boves.
Io Triumphe! nec Jugurthíno parem
Bello reportasti ducem,
Neque*Africanum, cui super Carthaginem
Virtus sepulcrum condidit.
Terrâ maríque victus hostis Punico
Lugûbre mutavit sagum.
Aut ille centum nobilem Cretam urbibus,
Ventis iturus non suis,
Exèrcitatas aut petit Syrtes Noto,
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer huc, puer, scyphos
Et*Chia vina aut Lesbia,
Vel, quod fluentem nauseam coërceat,
Metire nobis Cæcubum.
Curam metúmque Cæsaris rerum juvat
Dulci Lyæo solvere.

X. IN MÆVIUM POETAM.

Ipsi naufragium imprecatur.

MALÂ soluta navis exit alite
Ferens olentem Mævium.
Ut horridis utrumque verberes latus,
Auster, memento fluctibus.
Niger rudentes Eurus, inverso mari,
Fractosque remos differat:
Insurgat Aquilo quantus altis montibus
Frangit trementes ilices:
Nec sidus atrâ nocte amicum appareat,
Quâ tristis Orion cadit:
Quietiore nec feratur æquore
Quàm Graia victorum manus,
Quum Pallas usto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.
O quantus instat navitis sudor tuis!
Tibi quàm pallor luteus!
Et illa non virilis ejulatio,
Preces et aversum ad Jovem,
Ionius udo quum remugiens sinus
Noto carinam ruperit!
Opîma quòd si præda curvo litore
Porrecta mergos juveris,
Libidinosus immolabitur caper
Et agna Tempestatibus.

XI. AD PETTIUM.

Se amore captum non posse ad versus faciendos animum adjungere.

Petti, nihil me, sicut antea, juvat
Scribere versiculos
Amore perculsum gravi,
Amore qui me præter omnes expetit
Mollibus in pueris
Aut in puellis urere.
Hic tertius December, ex quo destiti * in
Inachiâ furere,
Silvis honorem decutit.
Heu me! per Urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui!
Conviviorum ut pœnitet
In * queis amantem et languor et silentium
Arguit, et latere
Petîtus imo spiritus! *
» Contrane lucrum nil valêre candidum
» Pauperis ingenium!
Querebar applorans tibi,
Simul calentis inverecundus Deus
Fervidiore mero
Arcana promôrat loco.
» Quòd si meis * inæstuet præcordiis
» Libera bilis, ut hæc
» Ingrata ventis dividat
» Fomenta vulnus nil malum levantia,
» Desinat imparibus
» Certare submotus pudor. »
Ubi hæc severus te palam laudaveram,

Jussus abire domum,
Ferebar incerto pede
Ad non amícos (heu!) mihi postes, et (heu!)
Limina dura, quibus
Lumbos et infregi latus.
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere mollitie
Amor Lycisci me tenet,
Unde expedire non amicorum queant
Libera consilia nec
Contumeliæ graves;
Sed alius ardor aut puellæ candidæ
Aut teretis pueri
Longam renodantis comam.

XII.

In anum fœdam quæ illius amores ambiebat.

QUID tibi vis, mulier, nigris * dignissima barris,
Munera quid mihi quídve tabellas
Mittis nec firmo juveni nec naris obesæ?
Namque sagaciùs unus odoror
Polypus an gravis hirsutis cubet hircus in alis,
Quàm canis acer ubi lateat sus. *
Quis sudor vietis et quàm malus undique membris
Crescit odor, quum pene soluto
Indomitam properat rabiem sedare, neque illi
Jam manet humida creta, colorque
Stercore * fucatus crocodíli, jamque subando
Tenta, cubilia, tectaque rumpit,
Vel mea quum sævis agitat fastidia verbis!
» Inachiâ langues minùs ac me:

» Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad unum
» Mollis opus! Pereat malè quæ te
» Lesbia quærenti taurum monstravit inertem,
» Quum mihi Cous adesset Amyntas,
» Cujus in indomito constantior inguine nervus
» Quàm nova collibus arbor inhæret.
» Muricibus Tyriis *iteratæ vellera lanæ
» Cui properabantur? tibi nempe,
» Ne foret æquales inter conviva, magis quem
» Diligeret mulier sua quàm te.
» O ego non *felix quam tu fugis, ut pavet acres
» Agna lupos capreæque leones.»

XIII. AD AMICUM.

Vitæ molestias vino, cantu et amicorum alloquiis esse mitigandas.

HORRIDA tempestas cœlum contraxit, et imbr
Nivesque deducunt Jovem.
Nunc mare, nunc siluæ
Threïcio Aquilone sonant: rapiamus, amîce,
Occasionem de die:
Dumque virent genua,
Et decet, obductâ solvatur fronte senectus.
Tu vina Torquato move
Consule pressa meo:
Cætera mitte loqui. Deus hæc fortasse benignâ
Reducet in sedem vice.
Nunc et *Achæmenio
Perfundi nardo juvat, et fide Cylleneâ
Levare duris pectora
Sollicitudinibus:

Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno:
» Invicte mortalis Deâ
» Nate puer Thetide,
» Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvi
» Findunt Scamandri
» Flumina, lubricus et Simois,
» Unde tibi reditum * certo subtemine Parcæ
» Rupêre, nec mater domum
» Cærula te revehet.
» Illic omne malum vino cantuque levato,
» Deformis ægrimoniæ *
» Dulcibus alloquiis. »

XIIII. AD MÆCENATEM.

Se amore Phrynes implicitum a promissis iambis avocari.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Oblivionem sensibus,
Pocula Lethæos ut si ducentia somnos
Arente fauce traxerim,
Candide Mæcenas * me occîdis sæpe rogando.
Deus, Deus nam me vetat
Inceptos, olim promissum carmen, Iambos
Ad umbilicum adducere.
Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teïum,
Qui persæpe cavâ testudine flevit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Ureris ipse miser. Quòd si non pulchrior ignis
Accendit obsessam Ilion,
Gaude sorte tuâ: me libertîna, neque uno
Contenta, Phryne macerat.

XV. AD NEÆRAM.

Non servatam ab ea fidem conqueritur.

Nox erat, et cœlo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera,
Quum tu magnorum numen læsura Deorum
In verba jurabas mea,
Arctius atque edera procera adstringitur ilex,
Lentis adhærens brachiis:
Dum pecori lupus, et nautis infestus Orion
Turbaret hibernum mare,
Intonsosque agitaret Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum,
O dolitura meâ multùm virtute, Neæra.
Nam si quid in Flacco viri est,
Non feret assiduas potiori te dare noctes,
Et quæret iratus parem;
Nec semel offensæ cedet constantia formæ,
Si certus intrârit dolor.
At tu, quicumque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedis malo,
Sis pecore et multâ dives tellure licebit,
Tibíque Pactolus fluat,
Nec te Pythagoræ fallant arcana renati,
Formâque vincas Nirea:
Eheu! translatos aliò mærebis amores,
Ast ego vicissim risero.

XVI. AD POPULUM ROMANUM.

Phocæorum exemplo Romam deserendam esse, quam Deorum ira bellis civilibus lacerandam objicit.

ALTERA jam teritur bellis civilibus ætas,
Suis et ipsa Roma viribus * ruit.
Quam neque finitimi valuérunt perdere Marsi,
Minacis aut Etrusca Porsenæ manus,
Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Novisque rebus infidelis Allobrox,
Nec fera cæruleâ domuit Germania pube,
Parentibusque abominatus Hannibal,
Impia perdemus devoti sanguinis ætas,
Ferisque rursus occupabitur solum.
Barbarus (heu!) cineres insistet victor, et Urbem
Eques sonante verberabit ungulâ;
Quæque carent ventis et solibus ossa Quiríni,
(Nefas vidêre,) dissipabit insolens.
Forte, * quod expediat, communiter aut melior pars
Malis carére quæritis laboribus.
Nulla sit hâc potior sententia; (Phocæorum
Velut profûgit exsecrata civitas,
Agros atque Lares * proprios habitandaque fana
Apris reliquit et rapacibus lupis)
Ire, pedes quocumque ferent; quocumque per undas
Notus vocabit aut protervus Africus.
Sic placet? an melius quis habet suadêre? secundâ
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed juremus in hæc: » SIMUL imis saxa renârint
» Vadis levata, ne redire sit nefas;
» Neu conversa domum pigeat dare lintea, quando
» Padus Matîna laverit cacumina,

» In mare seu celsus procurrerit Apennînus,
» Novàque monstra junxerit libidine
» Mirus amor, juvet ut tigres subsidere cervis,
» Adulteretur et columba miluo;
» Credula nec ravos timeant armenta leones,
» Ametque salsa lêvis hircus æquora.»
Hæc et quæ poterunt reditus abscindere dulces
Eamus * omnis exsecrata civitas,
Aut pars indocili melior grege: mollis et * exspe
Inominata perprimat cubilia.
Vos quibus est * animus, muliebrem tollite lucti
Etrusca præter et volate litora.
Nos manet Oceanus circum vagus arva: beata
Petamus arva divites et insulas,
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret usque vinea,
Germinat et numquam fallentis termes olivæ,
Suamque pulla ficus ornat arborem:
Mella cavà manant ex ilice, montibus altis
Levis crepante * lympha desilit pede.
Illic injussæ veniunt ad mulctra capellæ,
Refertque tenta grex amîcus ubera: *
Nulla nocent pecori contagia: nullius astri
Gregem æstuosa torret impotentia:
Nec vespertinus circumgemit ursus ovile,
Nec intumescit alta viperis humus.
Pluraque felices mirabimur, ut neque largis
Aquosus Eurus arva radat imbribus,
Pinguia nec siccis urantur semina glebis;
Utrumque Rege temperante Cœlitum.
Non hùc Argoo contendit remige pinus,
Neque impudica Colchis intulit pedem: *

Non huc Sidonii torsérunt cornua nautæ,
Laboriosa nec cohors Ulysseï.
Juppiter illa piæ * secrêvit litora genti,
Ut inquinavit ære tempus aureum:
Ære, dehinc ferro duravit secula, quorum
Piis secunda vate me datur fuga.

XVII. HORATIUS, CANIDIA.

Horatius veniam ironicè a Canidia petit, cujus artem contemserat. Canidia respondet Horatio se numquam illi placatam fore.

HORATIUS.

JAM jam efficaci do manus scientiæ,
Supplex et oro regna per Proserpinæ,
Per et Diánæ non movenda numina,
Per atque libros carminum valentium *
Refixa cœlo devocare sidera,
Canidia, parce * vocibus tandem sacris,
Citumque retrò solve solve turbinem.
Movit nepotem Telephus Nereïum,
In quem superbus ordinârat agmina
Mysorum, et in quem tela acuta torserat: *
Unxêre * matres Iliæ addictum feris
Alitibus atque canibus homicidam Hectora,
Post quàm, relictis mœnibus, rex procidit
(Heu!) pervicacis ad pedes Achilleï.
Setosa duris exuêre pellibus
Laboriosi remiges Ulysseï,
Volente Circe, membra: tunc mens et sonus
Relapsus, atque notus in voltus honor. *
Infamis Helenæ Castor offensus * vicem

Fraterque magni Castoris, victi prece
Ademta vati reddidêre lumina. *
Et tu (potes nam) solve me dementiâ.
Dedi satis superque pœnarum tibi,
Amata nautis multùm et institoribus.
Fugit juventas, et verecundus color
Reliquit * ossa pelle amicta luridâ:
Tuis capillus albus est odoribus:
Nullum ab labore me reclînat otium:
Urget diem nox et dies noctem, neque est
Levare tenta spiritu præcordia.
Ergo negatum vincor ut credam miser
Sabella pectus increpare carmina,
Caputque Marsâ dissilire nœniâ.
Quid amplius vis? O mare! ô terra! Ardeo
Quantùm neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore, nec Sicana fervidâ *
Furens in Ætna flamma. Tu, donec cinis
Injuriosis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis. *
Quæ finis? * aut quod me manet stipendium?
Effare: jussas cum fide pœnas luam,
Paratus expiare, seu poposceris
Centum * juvencis, sive mendaci lyrâ
Voles sonari. Tu pudica, tu proba
Perambulabis astra sidus aureum,
O nec paternis obsolêta sordibus,
Nec in sepulcris pauperum * prudens anus
Novendiales dissipare pulveres.
Tibi hospitale pectus et puræ manus,
Tuusque venter * partumeius: et, tuo
Cruore rubros obstetrix pannos lavit

Utcumque, fortis exsilis puerpera.

CANIDIA.

Quid obseratis auribus fundis preces?
Non saxa nudis surdiora navitis
Neptunus alto tundit hibernus salo.
Inultus ut tu riseris Cotyttia
Volgata, *sacrum liberi Cupidinis!
Et Esquilíni Pontifex veneficî
Impûne ut Urbem nomine implêris meo!
Quid *proderit *ditasse Pelignas anus,
Velociusve miscuisse toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata misero vita ducenda est in hoc
Novis ut usque suppetas laboribus.
Optat quiêtem Pelopis *infidi pater
Egens benígnæ Tantalus semper dapis;
Optat Prometheus obligatus *aliti:
Optat *et summo collocare Sisyphus
In monte saxum: sed vetant leges Jovis.
Voles modò altis desilire *turribus,
Modò ense pectus Norico recludere;
Frustraque vincla gutturi *innectes tuo,
Fastidiosâ tristis ægrimoniâ.
Vectabor humeris tunc ego inimícis eques,
Meæque terra cedet insolentiæ.
An, quæ movêre cereas imagines,
Ut ipse nosti curiosus, et polo
Deripere Lunam vocibus *possum meis, *
Possum crematos excitare mortuos,
Desiderîque temperare pocula;
Plorem artis in te nil *valentis exitum?

Q. HORATII FLACCI
CARMEN SECULA]
AD APOLLINEM ET DIANAM

Pro Imperii Romani incolumitate.

UTERQUE CHORUS.

PHŒBE silvarumque potens Diana,
Lucidum cœli decus, ô colendi
Semper et culti, date quæ precamur
Tempore sacro, *
Quo Sibyllíni monuêre versus
Virgines lectas puerosque castos
Dis quibus septem placuêre colles,
Dicere carmen.

CHORUS PUERORUM.

ALME Sol, curru nitido diem qui
Promis et celas, aliusque et idem
Nasceris, possis nihil urbe Româ
Visere majus.

CHORUS PUELLARUM.

Rite maturos aperire partus
Lenis, Ilithyia, tuêre matres:
Sive tu Lucîna probas vocari,
Seu * Genitalis.
Diva, producas * subolem, Patrumque
Prosperes decreta super jugandis
Feminis, prolisque novæ feraci
Lege maritâ:
Certus undenos * decies per annos

Orbis * ut cantus referatque ludos
Ter die claro, totiesque gratâ
Nocte frequentes.
CHORUS UTERQUE.
Vosque veraces cecinisse, Parcæ,
Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus * servat, bona jam peractis
Jungite fata.
Fertilis frugum pecorisque Tellus
Spiceâ donet Cererem coronâ:
Nutriant fœtus et aquæ salubres
Et Jovis auræ.
CHORUS PUERORUM.
Condito mitis placidusque telo
Supplices audi pueros, Apollo.
CHORUS PUELLARUM.
Siderum Regîna bicornis audi,
Luna, puellas.
CHORUS UTERQUE.
Roma si vestrum est opus, Iliæque
Litus Etruscum tenuêre turmæ,
Jussa pars mutare Lares et urbem
Sospite cursu,
Cui per ardentem sine fraude Troiam
Castus Ænéas, patriæ superstes,
Liberum munivit iter, daturus
Plura relictis.
Dî, probos mores docili juventæ,
Dî, senectuti placidæ quietem,
Romulæ genti date remque prolemque et decus omne. *
Quæque vos * bobus veneratur albis

Clarus Anchísæ Venerisque sanguis,*
Imperet, bellante prior, jacentem
Lenis in hostem.

JAM mari terrâque manus potentes
Medus Albanasque timet secures:
Jam Scythæ responsa petunt, superbi
Nuper et Indi:
Jam Fides, et Pax, et*Honor Pudorque
Priscus, et neglecta redire Virtus
Audet, apparetque beata pleno
Copia cornu.

CHORUS PUERORUM.

Augur et fulgente decorus arcu
Phœbus, acceptusque novem Camenis,
Qui salutari levat arte fessos
Corporis artus;
Si Palatínas videt æquus * arces,
Remque Romanam Latiumque felix
Alterum in lustrum, meliusque semper
Proroget * ævum.

CHORUS PUELLARUM.

Quæque Aventînum tenet Algidumque,
Quindecim Diana preces virorum *
Curet, et votis puerorum amicas *
Applicet aures.

CHORUS UTERQUE.

Hæc Jovem sentire Deosque cunctos
Spem bonam certamque domum reporto,
Doctus et Phœbi chorus et Dianæ
Dicere laudes.

QUINTI
HORATII FLACCI
SATIRARUM
LIBRI DUO.

Q. HORATII FLACCI
SERMONUM
LIBER PRIMUS.

I. AD MÆCENATEM.

Omnibus sortem suam displicêre præter quàm avaris: accedit avaritiæ vehemens insectatio.

Quî fit, Mæcénas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu Ratio dederit, seu *Fors objecerit, illâ
Contentus vivat, laudet diversa sequentes?
O fortunati Mercatores! gravis *armis
Miles ait, multo jam fractus membra labore.
Contra Mercator, navim jactantibus Austris,
Militia est potior. Quid enim? concurritur; horæ
Momento cita Mors venit, aut Victoria læta.
Agricolam laudat juris legumque perîtus,
Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat:
Ille, datis vadibus, qui rure extractus in Urbem est,
Solos felíces viventes clamat in Urbe.
Cætera de genere hoc (adeò sunt multa) loquacem
Delassare valent Fabium. Ne te morer, audi
Quò rem deducam. Si quis Deus, En ego, dicat,
Jam faciam quod voltis: eris tu qui modò Miles,
Mercator: tu Consultus modò, Rusticus: hinc vos,
Vos hinc, mutatis discedite partibus. Eia!
Quid? statis?... Nolint: atqui licet esse beatis.
Quid caussæ est, meritò quin illis Juppiter ambas
Iratus buccas inflet, neque se fore posthac

Tam facilem dicat, votis ut præbeat aurem? *
Prætereo; ne sic, ut qui jocularia, ridens
Percurram: quamquam ridentem dicere verum
Quid vetat? * Et pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discere prima:
Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Hîc HORATIUS *Sermonem cum* AVARO *instituit.*

ILLE gravem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic Caupo, Miles, Nautæque per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,
Aiünt, quum sibi sint congesta cibaria: sicut
Parvola, nam * exemplo est, magni Formîca laboris
Ore trahit quodcumque potest, atque addit acervo
Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri:
Quæ, simul inversum constristat Aquarius annum,
Non usquam prorêpit, et illis utitur ante
Quæsítis * sapiens; quum te neque fervidus æstus *
Demoveat lucro, nec hiems, ignis, mare, ferrum,
Nil * obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.
Quid juvat * immensum te argenti pondus et auri
Furtim defossâ timidum deponere terrâ?
Quod si ccmminuas, vilem redigatur ad assem? ...

AVARUS.

At ni id fit, quid habet pulchri constructus acervus?

HORATIUS.

Millia frumenti tua triverit area centum,
Non tuus hôc capiet venter plus ac meus: ut si
Reticulum panis venales inter onusto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias quàm
Qui nil portârit. Vel dic, quid referat intra

o Naturæ fines viventis, jugera centum an
Mille aret.

AVARUS.

At suave est ex magno tollere acervo...

HORATIUS.

Dum ex parvo nobis tantumdem haurire relinquas,
Cur tua plus * laudes cumeris granaria nostris?
Ut, tibi si sit opus liquidi non ampliùs urnâ
Vel cyatho, et dicas; « Magno de flumine * malim
» Quàm ex hoc fonticulo tantumdem sumere. » Eo fit,
Plenior ut si quos delectet copia justo,
Cum ripa simul avolsos ferat Aufidus acer:
At qui * tantuli eget * quanto est opus, is neque limo
Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in undis.
At bona pars hominum decepta cupidine * falso,
» Nil satis est, inquit, quia tanti quantum habeas, sis. »
Quid facias illi? jubeas * miseram esse, libenter
Quatenus id facit; ut quidam memoratur Athenis
Sordidus ac dives, populi contemnere voces
Sic solitus. « Populus me sibilat; * at mihi plaudo
» Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca. »
Tantalus * ab labris sitiens fugientia captat
Flumina.... Quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congestis undique saccis
Indormis inhians, et tamquam parcere sacris
Cogeris, aut pictis tamquam gaudêre tabellis.
Nescis * quò valeat nummus? quem præbeat usum?
Panis ematur, olus, vini sextarius; adde
Queis humana sibi doleat Natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctesque diesque
Formidare malos fures, incendia, servos,
Ne te compílent fugientes? Hoc juvat?... Horum

Semper ego optârim pauperrimus esse bonorum.

AVARUS.

At si condoluit tentatum frigore corpus,
Aut alius * casus lecto te * affixit, habes qui
Assideat, fomenta paret, medicum roget ut te
Suscitet, ac natis reddat carisque propinquis...

HORATIUS.

Non uxor salvum te volt, non filius: omnes
Vicíni odérunt, noti, pueri atque puellæ.
Miraris, quum tu argento post omnia ponas,
Si nemo præstet, quem non merearis, amorem? *
An * sic cognatos nullo Natura labore
Quos tibi dat, retinêre velis servareque amicos?
Infelix operam perdas, ut si quis asellum
In campo doceat parentem currere frenis.
Denique sit finis quærendi; quumque habeas plus,
Pauperiem metuas minùs, et finire laborem
Incipias, parto quod avebas: * nec facias quod
Ummidius * qui tam (non longa est fabula) dives
Ut metirêtur nummos, ita sordidus ut se
Non umquam servo meliùs vestiret; ad usque
Supremum tempus, ne se penuria victûs
Opprimeret, metuebat: at hunc liberta securi
Divîsit medium fortissima, Tyndariarum.

AVARUS.

Quid mî igitur suades? ut vivam Mænius * ac sic
Ut Nomentanus?

HORATIUS.

Pergis pugnantia secum
Frontibus adversis componere: non ego avarum
Quum veto te fieri, vappam jubeo * ac nebulonem.
Est inter Tanain quiddam socerumque Viselli:

Est modùs in rebus; sunt certi denique finès
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.
Illuc unde abii, redeo. *Nemon' ut avarus
Se *probet, *at potiùs laudet diversa sequentes?
Quodque aliena capella gerat distentius ubèr,
Tabescat? neque se *meliori pauperiorum
Turbæ comparet? hunc atque hunc superare laboret?
Sic festinanti semper locupletior obstat:
Ut, quum carceribus missos rapit ungula currus,
Instat equis auriga suos vincentibus, illum
Præteritum temnens extremos inter euntem.
Inde fit ut rarò, qui se vixisse beatum
Dicat, et exacto contentus tempore, *vitâ
Cedat uti convîva satur, reperire queamus.
Jam satis est: ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

II.

Improbos dum vitia quædam declínant, in contraria incurrere. Insanas mœchorum libidines insectatur.

Ambubaiarum collegia, pharmacopólæ,
Mendíci, mîmæ, balatrones, hoc genus ómne
Mœstum ac sollicitum est cantoris morte Tigellî;
Quippe benîgnus erat. Contra hic, ne prodigus esse
Dicatur metuens, inopi dare nolit amíco
Frigus quo duramque famem *propellere possit.
Hunc si percontêris, avi cur atque parentis
Præclaram ingratâ strîngat malus ingluvie rem,
Omnia conductis coëmens obsonia nummis;
Sordidus atque animi quòd parvi nolit haberi, *
Responset: laudatur ab his, culpatur ab illis.

Fufidius vappæ famam timet ac nebulonis,
Dives agris, dives positis in fenore nummis.
Quinas hic capiti mercédes * exsecat, atque
Quanto perditior quisque est, tanto acriùs urget.
Nomina sectatur modò sumtâ veste virili
Sub patribus duris tironum: MAXIME, quis non,
JUPPITER, *exclamat, simul atque *hæc audit? At *in
Pro quæstu sumtum facit... Hic? vix credere possis,
Quàm sibi non sit amîcus: ita ut pater ille Terentî
Fabula quèm miserum nato vixisse fugato
Inducit, non se pejùs cruciaverit atque hic.
Si quis nunc quærat; Quò res hæc pertinet? Illuc:
Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.
Malthinus tunicis demissis ambulat: est qui
Inguen ad obscênum subductis usque facetus:
Pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum:
Nil medium est. Sunt qui nolint tetigisse nisi illas
Quarum subsutâ talos tegat instita veste:
Contra alius nullam nisi olenti in fornice stantem.
Quidam notus homo quum exiret fornice, » Macte
» Virtute esto, inquit sententia dîa Catonis;
» Nam simul ac venas inflavit * tætra libîdo,
» Huc juvenes æquum est descendere, non alienas
» Permolere uxores.» Nolim laudarier, inquit,
Sic me, mirator cunni Cupiennius albi.
Audire est operæ pretium, procedere rectè
Qui * mœchis non voltis, ut omni parte laborent,
Utque illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque hæc rara cadat dura inter sæpe pericla.
Hic se præcipitem tecto dedit; ille flagellis
Ad mortem * cæsus: fugiens hic decidit acrem
Prædònum in turbam; dedit hic pro corpore nummos:

Hunc perminxérunt calónes; quin etiam illud
Accidit, ut * cuidam testes caudamque salacem
Demeteret ferrum. Jure, omnes; Galba * negabat.
Tutior at quanto merx est in classe secundâ!
Libertinarum dico, Sallustius * in quas
Non minùs insanit quàm qui mœchatur. At hic si,
Quâ res, quâ ratio suadêret, quáque modestè *
Munifico esse licet, vellet bonus atque benîgnus
Esse; daret quantum satis esset, nec sibi damno
Dedecorique foret: verùm hoc se amplectitur uno,
Hoc amat, hoc laudat; » Matronam nullam ego tango. »
Ut quondam Marsæus amator Originis, ille
Qui patrium mimæ donat fundumque laremque:
» Nil fuerit mî, inquit, cum uxoribus umquam alienis. »
Verùm est cum mimis: est cum meretricibus, unde
Fama malum gravius quàm res trahit. An tibi abundè
Personam satis est, non illud quidquid ubîque
Officit, evitare? Bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malum est ubicumque. Quid interest in matronâ, ancillâ, peccesne togatâ?
Villius in Faustâ: Sullæ gener: hoc miser uno
Nomine deceptus pœnas dedit usque, superque
Quàm satis est, pugnis cæsus ferroque petîtus,
Exclusus fore, quum Longarênus foret intus.
Huic si mutonis verbis mala tanta * videntis
Diceret hæc animus; » Quid vis tibi? Numquid ego a te
» Magno prognatum deposco consule cunnum,
» Velatumque stolâ, mea quum conferbuit ira? »
Quid * respondêret? » Magno patre nata puella est. »
At quanto meliora monet pugnantiaque istis
Dives opis Natura suæ, tu si modò rectè
Dispensare velis, ac non fugienda petendis

Immiscêre. Tuo vitio rerumne labores,
Nil referre * putas? Quare, ne pœniteat te,
Desine matronas sectarier, unde laboris
Plus haurire mali est, quàm ex re decerpere fructûs.
Nec magis huic niveos inter viridesque lapillos,
(Sit licèt hoc, Cerinthe tuæ) tenerum est femur aut crus
Rectius: atque etiam melius persæpe togatæ.
Adde huc, quòd mercem sine fucis gestat, apertè
Quod venale habet, ostendit: nec si quid honesti est,
Jactat habetque palam; quærit * quo turpia celet.
Regibus hic mos est: ubi equos mercantur, apertos
Inspiciunt; ne, si facies (ut sæpe) decora
Molli fulta pede est, emtorem inducat hiantem
Quòd pulchræ clunes, breve quòd caput, ardua cervix.
Hoc illi rectè; * tu corporis optima * Lyncei *
Contemplans oculis, Hypsæâ cæcior illa
Quæ mala sunt, * spectas; » O crus! ô brachia! » Verùm
Depygis, nasuta, brevi latere ac pede longo est.
Matronæ præter faciem nil cernere possis,
Cætera, ni Catia est, demissâ veste tegentis.
Si interdicta petes, vallo circumdata (nam te
Hoc facit insanum) multæ tibi tum * officient res;
Custodes, lectîca, ciniflónes, parasítæ,
Ad talos stola demissa, et circumdata palla
Plurima; quæ invideant purè apparêre tibi rem.
Altera nil obstat: Cois tibi pæne vidêre est
Ut nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi:
Metiri possis oculo latus. An tibi mavis
Insidias fieri, pretiumque avellier ante
Quàm mercem ostendi? » Leporem venator ut altâ
» In nive * sectatur, positum sic tangere nolit; »
Cantat; et apponit: » MEUS est amor huic similis: nam

» Transvolat in medio posita, et fugientia captat. »
Hiscine versiculis speras tibi posse * dolores
Atque æstus curasque graves * e pectore * pelli?
Nonne, cupidinibus * statuat Natura modum quem,
Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,
Quærere plus prodest, et inane abscindere soldo?
Num, tibi quum fauces urit sitis, aurea quæris
Pocula? Num esuriens fastídis omnia præter
Pavonem rhombumque? Tument tibi quum inguina, num si
Ancilla aut verna est præstò puer, impetus in quem
Continuò fiat, malis tentigine rumpi?
Non ego: namque parabilem amo Venerem facilemque.
Illam, » post paullo sed pluris, si exierit vir, »
Gallis: hanc Philodêmus ait sibi, quæ neque magno
Stet pretio, neque * cunctêtur quum est jussa venire.
Candida rectaque sit, munda hactenus ut neque longa
Nec magis alba velit, quàm * det Natura, videri.
Hæc, ubi supposuit dextro corpus mihi lævum,
Ilia et Egeria est: do nomen quod libet illi;
Nec vereor, ne, dum futuo, vir rure recurrat,
Janua frangatur, latret canis, undique magno
Pulsa domus strepitu resonet, * vepallida lecto
Desiliat mulier, miseram se conscia clamet;
Cruribus hæc metuat, doti hæc deprensa, egomet mî.
Discinctâ tunicâ fugiendum est ac pede nudo,
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama;
Deprendi miserum est: Fabio vel judice vincam.

III.

In amicorum vitiis connivendum, neque peccata omnia in scelerum numero ponenda.

OMNIBUS hoc vitium est cantoribus, inter amícos
Ut numquam inducant animum cantare rogati,
Injussi numquam desistant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. Cæsar qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris atque suam, non
Quidquam proficeret: si collibuisset; ab ovo
Usque ad mala * iteraret IO BACCHE, modò summâ
Voce, modò hâc * resonat quæ chordis quattuor * ima.
Nil æquale homini fuit illi: sæpe velut qui
Currebat fugiens hostem, persæpe velut qui
Junonis sacra ferret. Habebat sæpe ducentos,
Sæpe decem servos. Modò reges atque tetrarchas
Omnia magna loquens: modò, » sit mihi mensa tripes, et *
» Concha salis puri, et toga quæ defendere frigus
» Quamvis * crassa, queat. » Decies centêna dedisses
Huic parco, paucis contento; quinque diebus
Nil erat in loculis. Noctes vigilabat ad ipsum
Mane: diem totum stertebat. Nil fuit umquam
Sic impar sibi. Nunc aliquis dicat mihi, Quid tu?
Nullane habes vitia? Immo alia, * at fortasse minora.
Mænius absentem Novium quum carperet, Heus tu,
Quidam ait, ignoras te? an ut ignotum dare nobis
Verba putas?... Egomet mî ignosco, Mænius inquit.
Stultus et improbus hic amor est dignusque notari.
Quum tua * prævideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum * vitiis tam cernis acutum
Quàm aut aquila aut serpens Epidaurius? At tibi contra
Evenit, inquírant vitia ut tua rursùs et illi.

Iracundior est paullò? minùs aptus acutis
Naribus horum hominum. Rideri possit eo quòd
Rusticiùs tonso toga defluit, et malè laxus
In pede calceus hæret. At est bonus, ut melior vir
Non alius quisquam: at tibi amîcus: at ingenium ingens
Inculto latet hoc sub * corpore. Denique teipsum
Concute, num qua tibi vitiorum * inseverit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala: namque
Neglectis urenda filix innascitur agris.
Illuc prævertamur, amatorem quod amícæ
Turpia decipiunt cæcum vitia, aut etiam ipsa hæc
Delectant; veluti Balbînum polypus Hagnes.
Vellem in amicitia sic errarêmus, et isti
Errori nomen Virtus posuisset honestum. *
Ac pater ut gnati, sic nos debemus amici,
Si quod sit vitium, non fastidire. Strabonem
Appellat Pætum pater; et Pullum, malè parvus
Si cui filius est, ut abortivus fuit olim
Sisyphus. Hunc Varum, distortis cruribus; illum
Balbûtit Scaurum, * pravis fultum malè talis.
Parciùs hic vivit? frugi dicatur. Ineptus
Et jactantior hic paullo est? concinnus amícis
Postulat ut videatur. At est truculentior atque
Plus æquo liber? simplex fortisque habeatur.
Caldior est? acres inter numeretur. Opînor,
Hæc res et jungit, junctos et servat amícos.
At nos virtutes ipsas invertimus, atque
Sincêrum cupimus vas incrustare. Probus quis
Nobiscum vivit? multùm demissus * homo. Illi
Tardo cognomen * pingui damus. Hic fugit omnes
Insidias? nullique malo latus obdit apertum,
Quum genus hoc inter vitæ * versêtur, ubi acris

Invidia atque vigent ubi crimina : pro bene sano
Ac non incauto, fictum astutumque vocamus.
Simplicior * quis, et est qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi, Mæcénas, * ut fortè legentem
Aut tacitum * impellat, quovis sermone? Molestus!
Communi sensu * planè caret, inquimus. Eheu!
Quàm temerè in nosmet legem sancîmus iniquam!
Nam vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est
Qui minimis urgêtur. Amîcus dulcis, ut æquum est,
Cum mea compenset vitiis bona; pluribus hisce
(Si modò plura mihi bona * sunt) inclînet, amari
Si volet: hac lege in trutinâ ponetur eâdem.
Qui ne tuberibus propriis offendat amîcum
Postulat, * ignoscet verrûcis illius. Æquum est
Peccatis veniam poscentem reddere * rursus.
Denique, quatenus excîdi penitus vitium iræ,
Cætera item nequeunt stultis hærentia; cur non
Ponderibus modulisque suis Ratio utitur? ac res
Ut quæque est, ita suppliciis delicta coercet?
Si quis * eum servum, patinam qui tollere jussus
Semesos pisces tepidumque * ligurrierit jus,
In cruce suffîgat; Labeone insanior inter
Sanos dicatur. Quanto hoc furiosius atque
Majus peccatum est? Paullùm * delîquit amîcus,
Quod nisi concedas, habeare insuavis, acerbus:
Odisti et fugis, ut * Rusonem debitor æris,
Qui nisi, quum tristes misero venêre Kalendæ,
Mercedem aut nummos unde unde * extrîcat, amaras,
Porrecto jugulo, historias captîvus ut audit.
Comminxit lectum potus, mensâve catillum
Evandri manibus trîtum dejêcit; ob hanc rem,
Aut positum ante meâ quia pullum in parte catíni

Sustulit esuriens, minùs hoc jucundus amîcus
Sit mihi?... Quid faciam, si furtum fecerit, aut si
ſ Prodiderit commissa fide, sponsumve negarit?
Queis paria esse ferè placuit peccata, laborant
Quum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant,
Atque ipsa Utilitas, Justi prope mater et Æqui.
Quum prorepsérunt primis animalia terris,
Mutum et turpe pecus, glandem atque cubilia propter,
Unguibus et pugnis, dein fustibus, atque ita porrò
Pugnabant armis quæ post fabricaverat Usus;
Donec verba quibus voces * sensusque notarent,
Nominaque invenêre. Dehinc absistere bello,
Oppida cœpérunt mùnire, et ponere leges
Ne quis fur esset, neu latro * neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus tæterrima belli
Caussa: sed ignotis periérunt mortibus illi,
Quos venerem incertam rapientes more ferarum
Viribus editior cædebat, ut in grege taurus.
Jura inventa metu injusti fateare necesse est,
Tempora si fastosque velis evolvere mundi:
Nec Natura potest justo secernere inîquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.
Nec vincet Ratio hoc, tantumdem ut peccet idemque,
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus * sacra Divûm legerit. Adsit
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Ne scuticâ dignum horribili sectêre flagello.
Nam, ut ferulâ cædas meritum majora subire
Verbera, non vereor; quum dicas esse pares res
Furta latrociniis, et * magnis parva minêris
Falce recisurum simili te, si tibi regnum
Permittant homines. Si dives, qui sapiens est,

Et sutor bonus, et solus formosus, et est Rex;
Cur optas quod habes?... «Non nosti quid pater, inquis,
» Chrysippus dicat. Sapiens crepidas sibi numquam,
» Nec soleas fecit; sutor tamen est Sapiens. * Quî?
» Ut, quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen atque
» Optimus est modulator; ut Alfênus vafer, omni
» Abjecto instrumento artis clausâque tabernâ,
» Tonsor erat: Sapiens operis sic optimus omnis
» Est opifex solus, sic Rex. » Vellunt tibi barbam
Lascívi pueri, quos tu * nisi fuste coerces,
Urgêris turbâ circum te stante, miserque
Rumperis et latras, magnorum maxime Regum.
Ne longum faciam, dum tu quadrante lavatum
Rex ibis, neque te quisquam stipator ineptum
Præter Crispînum sectabitur; et mihi dulces
Ignoscent, si quid * peccâro stultus, amíci;
Inque vicem illorum patiar delicta libenter,
Privatusque magis vivam te Rege beatus.

IV.

Satiricorum Poetarum, ac suam præsertim, in scribendo libertatem excusat.

EUPOLIS atque Cratînus, Aristophanesque poétæ,
Atque alii quorum Comœdia prisca virorum est,
Si quis erat dignus describi, quòd malus * ac fur,
Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus; multâ cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus
Mutatis tantùm pedibus numerisque, facêtus,
Emunctæ naris, durus componere versus:
Nam fuit hôc vitiosus; in hora sæpe ducentos,

Ut magnum, versus dictabat stans pede in uno.
Quum flueret lutulentus, erat quod tollere velles:
Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem,
Scribendi rectè; nam ut multum, nil moror. Ecce
Crispînus minimo me provocat: « Accipe, si vis:
» Accipiam tabulas: detur nobis locus, hora,
» Custodes: videamus uter plus scribere possit.
Dî bene fecérunt, inopis me quódque pusilli
Finxérunt animi, rarò et perpauca * loquentis.
At tu conclusas hircínis follibus auras
Usque laborantes, dum ferrum molliat ignis,
Ut mavis, imitare. Beatus Fannius ultrò
Delatis capsis et imagine; quum mea nemo
Scripta legat volgo recitare timentis, ob hanc rem
Quòd sunt quos genus hoc minimè juvat, utpote plures
Culpari * digni. Quemvis mediâ * elige turbâ:
Aut ob avaritiam, aut * miserâ ambitione laborat.
Hic nuptarum insanit amoribus, hic puerorum.
Hunc capit argenti splendor: stupet Albius * ære:
Hic mutat merces surgente a Sole ad eum quo
Vespertîna * tepet regio: quin, per mala præceps
Fertur * uti pulvis collectus turbine, ne quid
Summâ deperdat metuens; aut ampliet ut rem.
Omnes hi metuunt versus, odêre poétas.
» FENUM habet in cornu; longè fuge: dummodò risum
» Excutiat sibi, non hic cuiquam parcet amíco,
» Et quodcumque semel chartis illeverit, omnes
» Gestiet a furno redeuntes scire lacuque,
» Et pueros et anus. » Agedum, pauca accipe contra.
Primum ego me illorum dederim quibus esse poétas
Excerpam numero. * Neque enim concludere versum
Dixeris esse satis; neque * si quis scribat, uti nos,

Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam.
Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum; des nominis hujus honorem.
Iccircò quidam, Comœdia necne poëma
Esset, quæsivêre; quòd acer spiritus ac vis
Nec verbis nec rebus inest, nisi quod pede certo
Differt sermoni, sermo merus. At pater ardens
Sævit quòd meretrîce nepos * insanus amícâ
Filius uxorem grandi cum dote recusat,
Ebrius et (magnum quod dedecus) ambulat ante
Noctem cum facibus. Numquid Pomponius istis
Audiret leviora, pater si viveret? Ergo
Non satis est puris versum perscribere verbis;
Quem si dissolvas, quivis stomachêtur eodem
Quo personatus pacto pater. His ego quæ nunc,
Olim quæ scripsit Lucilius, eripias si
Tempora certa modosque; et, quod prius ordine verbum
Posterius facias, præponens ultima primis;
Non, (ut si solvas *Post quam Discordia tæt*
Belli ferratos postes portasque refregit)
Invenias etiam * disjecti membra Poëtæ.
Hactenus hæc: aliàs justum sit necne poëma.
Nunc illud tantùm quæram, meritóne tibi sit
Suspectum genus hoc scribendi. * Sulcius acer
Ambulat et Caprius, rauci malè, cumque * libellis;
Magnus uterque * timor latronibus. At bene si quis
Et vivat puris manibus, contemnat utrumque.
Ut sis tu similis Cælî Byrrhique latronum,
Non ego * sim Caprii neque Sulcî: cur metuas me
Nulla taberna meos * habet * ut neque pila libellos,
Queis manus insudet volgi Hermogenisque Tigellî:
Non * recito * quidquam nisi amícis, idque coactus;

Non ubi vis coramve quibuslibet. In medio qui
Scripta foro recitent sunt multi. » Quique lavantes :
» Suave locus voci resonat conclusus. » Inanes
Hoc juvat, haud illud quærentes, num sine sensu,
Tempore num faciant aliéno. » Lædere gaudes, *
Inquis, et hoc studio pravus facis ». Unde petîtum
Hoc in me jacis ? est auctor quis denique eorum
Vixi cum quibus ? Absentem qui rodit amîcum ;
Qui non defendit, alio culpante ; solutos
Qui captat risus hominum famamque dicacis ;
Fingere qui non visa potest ; commissa tacêre
Qui nequit ; hic niger est : hunc tu, Romane, caveto.
Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos,
E quibus unus * amet, quâvis adspergere cunctos,
Præter eum qui præbet aquam : post hunc quoque potus,
Condita quum verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis et urbanus liberque videtur
Infesto nigris : ego si risi quòd ineptus
Pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum ;
Lividus et mordax videor tibi ? Mentio * si qua
De Capitolíni furtis injecta Petilli
Te coram fuerit, defendas ut tuus est mos :
» Me Capitolînus convictore usus amícoque
» A puero est, caussâque meâ permulta rogatus
» Fecit, et incolumis lætor quod vivit in Urbe :
» Sed tamen admîror quo pacto judicium illud
» Fugerit. » Hic nigræ succus loliginis : hæc est
Ærûgo mera : quod vitium procul afore chartis
Atque animo priùs (* ô si quid promittere de me *
Possim aliud !) verè promitto. Liberius si
Dixero quid, si forte jocosius ; hoc mihi juris
Cum venia dabis. Insuevit pater optimus hoc me,

Ut fugerem, exemplis vitiorum * quæque notando.
Quum me hortarêtur, parcè frugaliter atque
Viverem uti contentus eo quod mî ipse * parasset;
» Nonne vides, Albî ut malè vivat filius? utque *
» Panis inops? magnum documentum, ne patriam re
» Perdere quis velit! » A turpi meretrîcis amore
Quum deterrêret, » Sectani dissimilis sis. »
Ne sequerer mœchas, concessâ quum Venere uti
Possem; » Deprensi non bella est fama Trebonî,
Aiëbat. » Sapiens, vitatu quidque petítu
» Sit melius, caussas reddet tibi *: mî satis est si
» Traditum ab antíquis morem servare, tuamque,
» Dum custodis eges, vitam famamque tuéri
» Incolumem * possum. Simul ac duraverit ætas
» Membra animumque tuum, nabis sine cortice. » Si
Formabat puerum dictis; et sive jubebat
Ut facerem quid, » Habes auctorem quo facias ho
Unum ex judicibus selectis objiciebat:
Sive vetabat, » An hoc inhonestum et inutile factu
» Necne sit, addubites? flagret rumore malo quum
» Hic atque ille? » * Avidos vicînum funus ut æg
Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliêna opprobria sæpe
Absterrent vitiis. Ex hoc ego sanus ab illis
Perniciem quæcumque ferunt: mediocribus et quei
Ignoscas vitiis, teneor; fortassis et istinc
Largiter abstulerit longa ætas, liber amicus,
Consilium proprium: neque enim, quum lectulus aut
Porticus excêpit, desum mihi: » Rectius hoc est;
» Hoc faciens vivam meliùs: Sic dulcis amícis
« Occurram. Hoc quidam non bellè: numquid ego i
» Imprudens olim faciam simile? » Hæc ego mecu

Compressis agito labris. Ubi quid datur otî,
Illudo chartis: hoc est mediocribus illis
Ex vitiis unum: cui si concedere nolis,
Multa poëtarum veniat manus auxilio quæ
Sit mihi: nam multo plures sumus, ac veluti te
Judæi cogemus in hanc concedere * turbam.

V.

Iter quoddam suum Româ Brundusium usque mirâ festivitate describit.

Egressum magnâ me * accêpit Aricia Româ
Hospitio modico: rhetor comes Heliodorus
Græcorum * longè doctissimus. Inde Forum Appî
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
Hoc iter ignavi divisimus; altiùs ac nos
Præcinctis unum: minùs est gravis Appia tardis.
Hîc ego, propter aquam, * quòd erat tæterrima, ventri
Indîco bellum; cœnantes haud animo æquo
Exspectans comites. Jam Nox * inducere terris
Umbras, et cœlo diffundere signa parabat; *
Quum pueri nautis, pueris convicia nautæ
Ingerere. » Huc appelle. Trecentos inseris; ohe
» Jam satis est. » Dum æs exigitur, dum mula ligatur,
Tota abit hora. Mali culices ranæque palustres
Avertunt somnos; absentem * et cantat amîcam
Multâ prolutus vappâ nauta atque viator
Certatim: tandem fessus dormire viator
Incipit; ac missæ pastum retinacula mulæ
Nauta piger saxo religat, stertitque supînus.
Jamque dies aderat, * nil quum procedere lintrem
Sentîmus: donec cerebrosus prosilit unus,

Ac mulæ nautæque caput lumbosque saligno
Fuste dolat : quartâ vix demum exponimur horâ.
Ora manusque tuâ lavimus, Feronia, lymphâ.
Millia tum pransi tria repimus, atque subîmus
Impositum saxis latè candentibus Anxur.
Huc venturus erat Mæcénas, optimus atque
Cocceius, missi magnis de rebus uterque
Legati, aversos soliti componere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere. Interea Mæcenas advenit, atque
Cocceius, Capitoque simul Fonteius ad unguem
Factus homo, Antonî, non ut magis alter, amícus.
Fundos, Aufidio Lusco prætore, libenter
Linquimus, insani ridentes præmia scribæ,
Prætextam, et latum clavum, prunæque batillum.
In Mamurrarum lassi deinde urbe manemus,
Murenâ præbente domum, Capitone culînam.
Postera lux oritur multo gratissima : namque
Plotius et Varius Sinuessæ, Virgilius que
Occurrunt : animæ, quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me sit devinctior alter.
O qui complexus ! et gaudia quanta fuerunt !
Nil ego contulerim jucundo sanus amíco.
Proxima Campano ponti * quæ villula, tectum
Præbuit, et parochi quæ debent, ligna salemque.
Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.
Lusum it Mæcénas : dormítum ego Virgiliusque :
Namque pilâ lippis inimîcum et ludere crudis.
Hinc nos Cocceii recipit plenissima villa,
Quæ super est Caudî cauponas. NUNC mihi paucis
Sarmenti scurræ pugnam Messîque Cicirri,
MUSSA, velim memores : et quo patre natus uterque

Contulerit lites. Messî clarum * genus Oscî:
Sarmenti domina exstat: ab his majoribus orti
Ad pugnam venêre. Prior Sarmentus; Equi te
Esse feri similem dico. Ridemus, et ipse
Messius, Accipio, caput et movet. O tua cornu
» Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres, quum
» Sic mutîlus * miniteris? At illi fœda cicatrix
Setosam lævi frontem turpaverat oris.
Campanum in morbum, in faciem permulta jocatus,
Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat:
Nil illi larvâ aut tragicis opus esse cothurnis.
Multa Cicirrus ad * hæc, Donasset jamne catenam
Ex voto Laribus, quærebat: scriba quod esset, *
Nihilo deterius dominæ jus esse: Rogabat
Denique, cur * umquam fugisset, cui satis una
Farris libra foret gracili sic * tamque pusillo.
Prorsus jucundè cœnam produximus illam.
Tendimus hinc rectà Beneventum, ubi sedulus hospes
Pæne macros arsit dum turdos versat in igne:
Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Volcano, summum properabat lambere tectum:
Convívas avidos cœnam servosque timentes
Tum rapere, atque omnes restinguere velle videres.
Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus, et quos
Numquam erepsêmus, nisi nos vicîna Trivici
Villa recepisset lacrimoso non sine fumo,
Udos cum foliis ramos urente camino.
Hic ego mendacem stultissimus usque puellam
Ad mediam noctem exspecto: somnus tamen aufert
Intentum Veneri. Tum immundo somnia visu
Nocturnam vestem maculant, ventremque * supînum.

Quattuor hinc rapimur viginti et millia rhedis,
Mansuri oppidulo quod versu dicere non est;
Signis perfacile est. Vênit vilissima rerum
Hìc aqua: sed panis longè pulcherrimus, * ultra
Callìdus ut soleat humeris portare viator;
Nam Canusî lapidosus, aquæ non ditior urna. *
(Qui locus a forti Diomêde est conditus olim.)
Flentibus * hìc Varius discedit mæstus amícis.
Inde Rubos fessi pervenimus, utpote longum
Carpentes iter et factum corruptius imbri.
Postera tempestas melior: via pejor adusque
Barî mœnia piscosi. Dein Gnatia lymphis
Iratis exstructa dedit risusque jocosque,
Dum, flammâ sine, tura liquescere limine sacro
Persuadêre cupit: credat Judæus Apella,
Non ego; namque Deos didici securum agere ævum;
Nec, si quid miri faciat Natura, Deos id
Tristes ex alto cœli demittere tecto.
Brundusium longæ finis chartæque viæque * est.

VI. AD MÆCENATEM.

De vera nobilitate.

Non quia, Mæcénas, Lydorum quicquid Etruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te;
Nec quod avus tibi maternus fuit atque paternus
Olim qui magnis legionibus * imperitarint,
Ut plerique solent, naso suspendis adunco
Ignotos, ut me libertíno patre natum;
Quum referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus. Persuades * hoc tibi verè,
Ante potestatem Tullî atque ignobile regnum,

Multos sæpe viros nullis majoribus ortos,
Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos:
Contra, Lævînum, Valerî genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulsus * fugit, unius assis
Non umquam pretio pluris licuisse, notante
Judice, * quem nosti, populo, qui stultus honores
Sæpe dat indignis, et famæ servit ineptus;
Qui stupet in titulis et imaginibus. Quid oportet
Nos facere a volgo longè * longéque remotos?
Namque esto, populus Lævíno mallet honorem
Quàm Decio mandare novo, censorque movêret
Appius, ingenuo si non * essem patre natus:
Vel meritò, quoniam in propriâ non pelle quiessem.
Sed fulgente trahit constrictos Gloria curru
Non minùs ignotos generosis. Quò tibi, Tilli,
Sumere depositum clavum, fierique tribuno?
Invidia accrêvit, privato quæ minor esset.
Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus
Pellibus, et latum demîsit pectore clavum;
Audit continuò, Quis homo hic? * aut, Quo patre natus?
Ut si qui ægrotet, quo morbo Barrus, haberi *
Ut cupiat formosus; eat quàcumque, puellis *
Injiciat curam quærendi singula; quali
Sit facie, * surâ quali, pede, dente, capillo:
Sic qui promittit cives, Urbem sibi curæ * et
Imperium fore, et Italiam, et delubra Deorum;
Quo patre sit natus, num ignotâ matre inhonestus,
Omnes mortales curare et quærere * cogit.

QUIVIS QUIRITIUM.

Túne Syri, Damæ aut Dionysî filius, audes
Dejicere e saxo cives, aut tradere Cadmo?

Concurrantque foro * tria funera, magna sonabit
Cornua quod vincatque tubas: saltem tenet hoc *

Nunc ad me redeo libertíno patre natum;
Quem rodunt omnes, libertíno patre natum, *
Nunc quia * sum tibi, Mæcenas, convictor; at oli
Quod mihi parêret legio Romana Tribuno.
Dissimile hoc illi est; quia non, ut forsit Honor
Jure mihi invideat quivis, ita te quoque amîcum
Præsertim cautum dignos assumere, pravâ
Ambitione procul: felícem dicere non hôc
Me * possit casu quòd te sortîtus amîcum;
Nulla etenim * tibi me Fors obtulit. Optimus olir
Virgilius, post hunc Varius dixêre * quid essem.
Ut veni coram, singultim pauca locutus;
Infans namque pudor prohibebat plura * profari:
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiâno vectari rura caballo;
Sed, quod eram, narro. Respondes, ut tuus est r
Pauca: abeo, et revocas nono post mense, jube:
Esse in amicorum numero. Magnum hoc ego duc
Quòd placui tibi, qui turpi secernis honestum,

Si neque avaritiam, neque sordes aut mala lustra
Objiciet verè quisquam mihi: purus et insons,
(Ut me collaudem) *si et vivo carus amícis;
Caussa fuit pater his, qui macro pauper agello
Noluit in Flavî ludum me mittere, magni
Quò pueri, magnis e Centurionibus orti,
Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto,
Ibant octonis referentes Idibus æra;
Sed puerum est ausus Romam portare docendum
Artes, quas doceat quivis Eques atque Senator
Semet prognatos. Vestem servosque sequentes,
In magno ut populo, *si quis vidisset; avitâ
Ex re præbéri sumtus mihi crederet illos.
Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat: quid multâ? pudîcum,
(Qui primus virtutis honos) servavit ab omni
Non solùm facto, verùm opprobrio quoque turpi:
Nec tímuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
Si præco parvas, aut, ut fuit ipse, coactor
Mercédes sequerer; neque ego essem questus. Ob hæc nunc
Laus illi debêtur et a me gratia major.
Nil me pœniteat sanum patris hujus: eoque
Non, ut magna dolo factum negat esse suo pars,
Quòd non ingenuos habeat clarosque parentes,
Sic me defendam: longè mea discrepat istis
Et vox et ratio: nam si Natura jubêret
A certis annis ævum remeare peractum,
Atque alios legere; ad fastum quoscumque parentes
Optaret sibi quisque: meis contentus, *honestos
Fascibus et Sellis *nollem mihi sumere, demens
Judicio volgi; sanus fortasse tuo, quòd
Nollem onus, haud umquam solitus, portare molestum.

Nam mihi continuò major quærenda foret res, *
Atque salutandi plures; ducendus et unus
Et comes alter, uti ne solus rusve peregreve
Exirem; plures calónes atque caballi
Pascendi; ducenda petorrita: nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel, si libet, usque Tarentum;
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques arm
Objiciet nemo sordes mihi, quas tibi, Tilli,
Quum Tiburte viâ Prætorem quinque sequuntur
Te pueri lasanum portantes œnophorumque.
Hòc ego commodiùs quàm tu, præclare Senator,
Millibus atque aliis vivo. Quacumque libîdo est
Incédo solus; percontor quanti olus ac far;
Fallacem Circum, vespertinumque pererro
Sæpe Forum; assisto divínis. Inde domum me
Ad porri et ciceris refero laganique catînum:
Cœna ministratur pueris tribus; et lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet; adstat * echíno
Vilis cum paterâ guttus, Campana supellex.
Deinde eo dormîtum, non sollicitus mihi quòd cr
Surgendum sit mane, obeundus Marsya qui se
Voltum ferre negat Noviorum posse minoris.
Ad quartam jaceo; post hanc vagor, aut ego lect
Aut scripto quod me tacitum * juvet, ungor olívo,
Non quo fraudatis immundus Natta lucernis.
Ast ubi me fessum Sol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio * Campum lusumque trigonem.
Pransus non avidè, quantum interpellet inani
Ventre diem durare, domesticus otior. Hæc est
Vita solutorum miserâ ambitione gravique:
His me consolor, * victurum suaviùs ac si
Quæstor avus, pater atque meus, patruusque * fuì

VII.

Rupilii et Persii rixam facetè describit.

PROSCRIPTI Regis Rupilî pus atque venenum
Hybrida quo pacto sit Persius ultus, opînor
Omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.
Persius hic permagna negotia dives habebat
Clazomenis, etiam lites cum Rege molestas:
Durus homo, atque odio qui posset vincere Regem;
Confidens tumidusque: adeò sermonis amari,
Sisennas * Barrosque ut equis præcurreret albis.
Ad Regem redeo. Post quàm nihil inter utrumque
Convenit (hoc etenim sunt omnes jure molesti,
Quo fortes, quibus adversum bellum incidit: inter
Hectora Priamiden animosumque inter Achillem
Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors;
Non aliam ob caussam, nisi quòd virtus in utroque
Summa fuit. Duo si Discordia verset inertes,
Aut si disparibus bellum incidat, ut Diomedi
Cum Lycio Glauco; discedat pigrior, ultro
Muneribus missis.) Bruto prætore tenente
Ditem Asiam, Rupilî et Persî par pugnat, uti non
Compositi meliùs cum Bitho Bacchius. In Jus
Acres * procurrunt, magnum * spectaculum uterque.
Persius exponit caussam; ridetur ab omni
Conventu; laudat Brutum, laudatque cohortem;
Solem Asiæ Brutum appellat, stellasque salubres
Appellat comites, excepto Rege: Canem illum,
Invîsum agricolis sidus, venisse. Ruebat
Flumen ut hibernum, fertur quò rara secûris.
Tum Prænestînus salso * multoque fluenti
Expressa arbusto regerit convicia: durus

Vindemiator et invictus, cui sæpe viator
Cessisset, magnâ compellans voce Cucullum.
At Græcus post quàm est Italo perfusus acéto,
Persius exclamat: » Per magnos, Brute, Deos te
» Oro, qui Reges consuêsti tollere, cur non
» Hunc Regem jugulas? operum hoc, mihi crede, tuorum

VIII.

Veneficarum incantationes jocosè refert Priapus hic ligneus.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum;
Quum faber incertus scamnum faceretne Priapum,
Maluit esse Deum. Deus inde ego, furum aviumque
Maxima formîdo; nam fures dextra coërcet,
Obscenoque *ruber porrectus ab inguine palus:
Ast importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa, vetatque novis considere in hortis.
Huc priùs angustis ejecta cadavera cellis
Conservus vili portanda locabat in arcâ:
Hoc miseræ *plebi stabat commune sepulcrum,
Pantolabo scurræ, Nomentanoque nepoti:
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in *agro
Hic dabat: herédes monumentum ne sequerêtur.
Nunc licet Esquiliis habitare salubribus, atque
Aggere in aprîco spatiari, quo modò tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.
Quum mihi non tantùm furesque feræque suëtæ
Hunc vexare locum curæ sunt atque labori,
Quantùm carminibus quæ *versant atque venenis
Humanos animos. Has nullo perdere possum
Nec prohibêre modo, simul ac vaga Luna decorum

rotulit os, quin ossa legant herbasque nocentes.
Vidi egomet nigrâ succinctam vadere pallâ
anidiam, pedibus nudis * passoque capillo,
um Saganâ majore ululantem. Pallor utrasque
ecerat horrendas aspectu. Scalpere terram
nguibus et pullam divellere mordicùs agnam
cœpérunt: cruor in fossam confusus, ut inde
anes elicerent, animas responsa daturas.
anea et effigies erat, altera cerea; major
anea, quæ pœnis compesceret inferiorem:
erea suppliciter stabat, servilibus ut quæ
m peritura modis. Hecaten vocat altera, sævam
ltera Tisiphonen. Serpentes atque videres
fernas errare canes; Lunamque rubentem,
e foret his testis, post magna latêre sepulcra.
entior at si quid, merdis caput inquiner albis
orvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum
lius, et fragilis Pediatia, furque Voranus!
Singula quid memorem? quo pacto alterna loquentes
mbræ cum Sagana * resonarint triste et acutum?
tque lupi barbam variæ cum dente colubræ
bdiderint furtim terris? et imagine cereâ
argior arserit ignis? et ut, non testis inultus,
orruerim voces Furiarum et facta duarum?
am displosa sonat quantùm vesica, pepédi
iffissâ nate ficus. At illæ currere in Urbem:
anidiæ dentes, altum Saganæ caliendrum
xcidere, atque herbas atque incantata lacertis
incula, cum magno risuque jocoque vidéres.

IX.

Narrat Poêta quàm fuerit vexatus ab homine garrulo, quem inducit loquentem.

[Horatius in hac Satirâ persônas sustinet duas, narrantis interloquentis: persóna narrantis literis his duabus *Hn.* designatu interloquentis his itidem duabus. *Hi.* Litera *G.* designat Garr lum, ut litera *F.* Fuscum Aristium.]

Hn. IBAM fortè viâ Sacrâ, sicut meus est mos,
Nescio quid meditans nugarum, et totus in illis:*
Accurrit quidam notus mihi nomine tantùm,
Arreptâque manu, Quid agis, dulcissime rerum?..
Suaviter, ut nunc est, inquam, et, Cupio omnia quæ vis.
Quum assectarêtur, Numquid vis? occupo: at ille,
Nôris nos, inquit; docti sumus. Hìc ego, pluris
Hôc, inquam, mihi eris. Miserè discedere quærens,
Ire modò ociùs, interdum consistere, in aurem
Dicere nescio quid puero. Quum sudor ad imos
Manaret talos; ô te, Bollane, cerebri
Felîcem aiëbam tacitus. Quum quidlibet ille
Garriret, vicos, Urbem laudaret; ut illi
Nil respondebam: Miserè cupis, inquit, abire;
Jam dudum video; sed nil agis, usque tenebo,*
Prosequar: hinc quò nunc iter est tibi? *Hi.* Nil opus e:
Circumagi: quemdam volo visere non tibi notum;
Trans Tiberim longè cubat is prope Cæsaris hortos.
G. Nil habeo quod agam, et non sum piger; usque seq
Hn. Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus,
Quum gravius dorso subiit onus. Incipit ille;
G. Si bene me novi, non Viscum pluris amîcum,
Non Varium facies: nam quis me scribere plures*
Aut citiùs possit versus? Quis membra movêre

Mollius? Invideat quod et Hermogenes, ego canto...
Hn. Interpellandi locus hîc erat: *Hi.* Est tibi mater?
Cognati, queis te salvo est opus? *G.* Haud mihi quisquam;
Omnes composui. *Hi.* Felices! Nunc ego resto;
Confice: namque instat Fatum mihi triste, Sabella
Quod puero cecinit motâ divîna anus urnâ.
» Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis,
» Nec laterum dolor, * aut tussis, nec tarda podagra:
» Garrulus hunc quando consumet cumque: loquaces,
» Si sapiat, vitet, simul atque adoleverit ætas. »
Hn. Ventum erat ad Vestæ, quartâ jam parte diéi
Præteritâ: et casu tunc respondêre vadato
Debebat: quod ni fecisset, perdere litem.
G. Si me amas, inquit, paullùm * huc ades. *Hi.* Inteream, si
Aut valeo stare, aut novi civilia jura!
Et propero quò scis. *G.* Dubius sum quid faciam, inquit:
Tene relinquam an rem?... *Hi.* Me sodes: *G.* Non faciam. *Hn.* Ille,
Et præcedere cœpit: ego, ut contendere durum est
Cum victore, sequor. *G.* Mæcénas quo modo * tecum? *
Hinc repetit. *Hi.* Paucorum hominum * ut mentis bene sanæ:
Nemo dexteriùs Fortunâ est usus... *G.* Haberes
Magnum adjutorem, posset qui ferre secundas,
Hunc hominem velles si tradere. Dispeream, ni
Submôsses omnes! *Hi* Non isto vivitur illic
Quo tu rêre, modo; domus hâc nec purior ulla est,
Nec magis his aliêna malis: nil mî officit umquam
Ditior hîc aut est quia doctior. Est locus uni-
cuique suus. *G.* Magnum narras, vix credibile! *Hi.* Atqui
Sic habet. *G.* Accendis quare cupiam magis illi
Proximus esse. *Hi.* Velis tantùm modò: quæ tua virtus,
Expugnabis; et est qui vinci * possit, eoque
Difficiles aditus primos habet: *G.* Haud mihi deero:

Muneribus servos corrumpam: non, hodie si
Exclusus fuero, desistam: tempora quæram:
Occurram in triviis: deducam. Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus. Hæc dum agit, ecce
Fuscus Aristius occurrit, mihi carus, et illum
Qui pulchrè nosset. Consistimus. « Unde venis? et
» Quo tendis » rogat et respondet. Vellere cœpi,
Et * prensare manu lentissima brachia, nutans,
Distorquens oculos, ut me eriperet: malè salsus
Ridens dissimulare: meum jecur urere bilis.
Hi. Certè nescio quid secretò velle loqui te
Aiëbas mecum. *F.* Memini bene; sed meliore
Tempore dicam: hodie tricesima sabbata; vin' tu
Curtis Judæis oppedere? *Hi.* Nulla mihi, inquam,
Religio est: *F.* At mî; sum paullo infirmior, unus
Multorum; * ignosces; aliàs loquar. *Hn.* Hunccine sc
Tam nigrum surrêxe mihi!... Fugit improbus, ac
Sub cultro linquit. Casu venit obvius illi
Adversarius; et » Quò tu turpissime: » magnâ
Inclamat voce et « Licet antestari? » Ego verò
Oppôno auriculam: rapit in Jus; clamor utrimque
Undique concursus... Sic me servavit Apollo.

X.

[Versus octo sequentes pro Horatianis habent viri doctissi intelligentissimi, Aldus, H. Glareanus, Cruquius, G. Fabri Rutgersius, *Th.* Pulmanus, &c. Hos ipse auctor postea sustuli

Lucili, quàm sis mendosus, teste Catone
Defensore tuo, pervincam, qui malè factos
Emendare parat versus. Hôc leniùs ille,
Est quo vir melior: longè subtilior illo
Qui multùm puer et loris et funibus udis

Est ornatus, ut esset opem qui ferre Poëtis
Antiquis posset contra fastidia nostra,
Grammaticorum Equitum doctissimus. Ut redeam illuc,

um de Lucilio judicium tuetur, et scribendarum Satirarum optima præcepta adspergit.

HORATIUS. FAUTOR LUCILII.

HORATIUS.

NEMPE incomposito dixi pede currere versus
Lucilî. Quis tam Lucílî fautor inepte est
Ut non hoc fateatur? At idem, quòd sale multo
Urbem defricuit, chartâ laudatur eâdem.
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cætera; nam sic
Et Laberî mimos ut pulchra poëmata mirer.
Ergo non satis est risu diducere rictum
Auditoris; et est quædam tamen hîc quoque virtus.
Est brevitate opus ut currat sententia; neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.
Et sermone opus est modò tristi, sæpè jocoso,
Defendente vicem modò rhetoris atque poëtæ,
Interdum urbani parcentis viribus, atque
Extenuantis eas consultò.

LUCILII FAUTOR.

Ridiculum acri
Fortiùs et meliùs magnas plerumque secat res.
Illi, scripta quibus Comœdia prisca viris est,
Hôc stabant: hôc sunt imitandi.

HORATIUS.

Quos neque pulcher
Hermogenes umquam legit, neque simius iste
Nil præter Calvum et doctus cantare Catullum.

LUCILII FAUTOR.

At magnum fecit, quòd verbis Græca Latínis
Miscuit.

HORATIUS.

O seri studiorum! quîne *putetis
Difficile et mirum Rhodio quod Pitholeonti
Contigit?

LUCILII FAUTOR.

At sermo linguâ concinnus utrâque
Suavior, ut Chio nota si commista Falerni est.

HORATIUS.

Quum versus facias, te ipsum percontor, an et quum
Dura tibi peragenda rei sit caussa Petillî;
Scilicet oblitus patriæque patrisque (*Latínè
Quum Pedius caussas exsudet, Poplicola atque
Corvînus) patriis intermiscêre petîta
Verba foris mális, Canusíni more bilinguis?
Atqui ego quum Græcos facerem, natus mare citra,
Versiculos, vetuit tali me voce Quirînus
Post mediam noctem visus, quum somnia vera:
» IN SILVAM non ligna feras insaniùs, ac si
» Magnas Græcorum mális implêre catervas. »
Turgidus Alpînus jugulat dum Memnona, dumque*
Defingit Rheni luteum caput, hæc ego ludo,
Quæ neque in æde*sonent certantia, judice Tarpâ,
Nec redeant iterum atque iterum spectanda theatris.
Argutâ meretrîce potes, Davoque Chremêta
Eludente senem,*comes garrire libellos
Unus vivorum, Fundani. Pollio regum
Facta canit pede ter percusso: forte epos acer,
Ut nemo, Varius*ducit: molle atque facêtum
Virgilio*annuerunt gaudentes rure Camenæ.

Hóc erat, experto frustra Varrone Atacíno,
Atque quibusdam aliis, meliùs quod scribere * possem,
Inventore minor: neque ego illi detrahere ausim
Hærentem capiti multâ cùm laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum, sæpe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. Age, quæso,
Tu nihil in magno doctus reprendis Homero?
Nil comis Tragici * mutat Lucilius Attî?
Non ridet versus Ennî gravitate minores,
Quum de se loquitur, non ut majore reprensis?
Quid vetat, et nosmet Lucilî scripta legentes
Quærere, num illîus, num rerum dura negárit
Versiculos Natura magis factos, et euntes
Molliùs, * ac si quis pedibus quid claudere senis
(Hoc tantùm,) contentus, amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus; Etrusci
Quale fuit Cassî rapido ferventius amni
Ingenium, capsis quem fama est esse librisque
Ambustum propriis. Fuerit Lucilius, inquam,
Comis et urbanus: fuerit limatior idem
Quàm * rudis et Græcis intacti carminis auctor,
Quámque poëtarum seniorum turba: sed ille,
Si foret hoc nostrum fato * dilatus in ævum,
Detereret sibi multa: recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur: et in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, * vivos et roderet ungues.
Sæpe stilum vertas, iterum quæ digna legi * sint
Scripturus: neque, te ut miretur turba, labores
Contentus paucis lectoribus. An tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina mális?
Non ego: nam satis est Equitem mihi plaudere; ut audax,
Contemtis aliis, explosa Arbuscula dixit.

Ambitione relegatâ, te dicere possum,
Pollio; te, Messalla, tuo cum fratre, simulque
Vos Bibule et Servi, * simul et te, candide Furni
Compluresque alios, doctos ego quos et amícos
Prudens prætereo: quibus hæc * sunt qualiacumqu
Arridêre velim: doliturus, si placeant spe
Deteriùs nostrâ.

Subscriptio Judicis.

Demetri, teque Tigelli, *
Discipularum inter jubeo plorare cathedras.

HORATIUS.

I puer, atque meo citus *hoc subscribe libello

Q. HORATII FLACCI SERMONUM LIBER SECUNDUS.

I.

Fingit se cum Trebatio deliberare utrum a scribendis Satiris abstineat.

HORATIUS.

SUNT quibus in Satira *videor nimis acer, et ultra
Legem tendere opus: sine nervis altera, quidquid
Composui, pars esse *putat; similesque meorum
Mille die versus deduci *posse. Trebati,
Quid faciam? præscribe.

TREBATIUS.

Quiescas.

HORATIUS.

Ne faciam, inquis,
Omnino versus?

TREBATIUS.

Aio.

HORATIUS.

Peream malè, si non
Optimum erat; verùm nequeo dormire.

TREBATIUS.

Ter uncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto; *
Irriguumve mero sub noctem corpus habento.
Aut si tantus amor scribendi te rapit, aude

Agmina, nec fracta pereuntes cuspide Gallos,
Aut labentis equo describat vulnera Parthi.

TREBATIUS.

Attamen et justum poteras et * scribere fortem,
Scipiadam ut sapiens Lucilius.

HORATIUS.

Haud mihi deero
Quum res ipsa feret. Nisi dextro tempore, Flacc
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem, *
Cui malè si palpêre, recalcitrat undique tutus.

TREBATIUS.

Quanto rectius hoc quàm tristi lædere versu
Pantolabum scurram Nomentanumque nepotem?
Quum sibi quisque timet, quamquam est intactus, (

HORATIUS.

Quid faciam? saltat Milonius, ut semel icto
Accessit fervor capiti, numerusque lucernis.
Castor gaudet equis; ovo prognatus eodem,
Pugnis: quot capitum vivunt, totidem studiorum
Millia. Me pedibus delectat claudere verba
Lucili ritu, nostrûm melioris utroque.
Ille velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris: neque si malè cesserat, vagus

Missus ad hoc, pulsis, vetus est ut fama, Sabellis,
Quò ne per vacuum Romano incurreret hostis:
Sive quod Apula gens, seu quod Lucania bellum
Incuteret violenta. Sed hic stilus haud petet ultro
Quemquam animantem, et me veluti custodiet ensis
Vaginâ tectus: quem cur * destringere coner,
Tutus ab infestis latronibus? O pater et rex
Juppiter! ut pereat positum rubigine telum,
Nec quisquam noceat cupido mihi pacis! at ille
Qui me commôrit, (*Melius non tangere*, clamo)
Flebit, et insignis totâ cantabitur Urbe.
Cervius iratus leges minitatur et urnam;
Canidia Albucî, quibus est inimîca, venenum;
Grande malum Turius, si * quid se judice certes.
Ut, quo quisque valet, suspectos terreat, utque *
Imperet hoc Natura potens, sic collige mecum.
Dente lupus, cornu taurus petit: unde, nisi intus
Monstratum? Scævæ vivacem crede nepoti
Matrem, nil * faciet sceleris pia dextera: (* Mirum!
Ut neque calce lupus quemquam, neque dente * petit bos)
Sed mala * tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam, seu me tranquilla senectus
Exspectat, seu Mors atris * circumvolat alis,
Dives, inops, Romæ, seu Fors ita jusserit, exsul,
Quisquis erit vitæ, scribam, color.

TREBATIUS.

O puer, ut sis
Vitalis metuo, et majorum ne quis amîcus
Frigore te feriat.

HORATIUS.

Quid? quum est Lucilius ausus
Primus in hunc operis componere carmina morem,

Detrahere et pellem, nitidus quâ quisque per or
Cederet, introrsum turpis, num Lælius, et qui
Duxit ab oppressâ meritum Carthagine nomen,
Ingenio offensi, aut læso doluêre Metello,
Famosisque Lupo cooperto versibus? Atqui
Primores populi arripuit, populumque tributim,
Scilicet uni æquus Virtuti atque ejus amícis.
Quin, ubi se a volgo et scænâ in secrêta remôra
Virtus Scipiadæ et mitis Sapientia Lælî;
Nugari cum illo et discincti ludere, donec
Decoqueretur olus, soliti. Quidquid sum ego, q
Infra Lucilî censum ingeniumque, tamen me
Cum magnis vixisse invîta fatebitur usque
Invidia, et fragili quærens illidere dentem,
Offendet solido; nisi quid tu, docte Trebati,
Dissentis.

TREBATIUS.

Equidem nihil hinc * diffindere possi
Sed tamen ut monitus caveas, ne fortè negotî
Incutiat tibi quid sanctarum inscitia * legum.
SI MALA CONDIDERIT IN QUEM QUIS CARMINA, J
JUDICIUMQUE.

HORATIUS.

Esto, si quis mala: sed...

TREBATIUS.

Bona si qui

II. 713.

Inducit Horatius Ofellum, hominem rusticum apud amicos de frugalitate disputantem, cujus disputationi ipse suum adjicit calculum.

QUÆ virtus et quanta, * Boni, sit vivere parvo,
(Nec meus hic sermo est, sed * quem præcêpit Ofellus
Rusticus, * abnormi Sapiens crassâque Minervâ)
Discite non inter lances mensasque nitentes,
Quum stupet insanis acies fulgoribus, et quum *
Acclìnus falsis animus meliora recusat;
Verùm hic impransi mecum disquirite. Cur hoc?
Dicam, si potero. Malè verum examinat omnis
Corruptus judex. Leporem sectatus, equove
Lassus ab indomito, vel, si Romana fatîgat
Militia assuetum Græcari, seu pila velox,
Molliter austêrum studio fallente laborem,
Seu te discus * agit, pete cedentem aera disco.
Quum labor extuderit fastidia, siccus, inanis
Sperne cibum vilem: nisi Hymettia mella Falerno
Ne biberis dilûta. Foris est promus, et atrum
Defendens pisces hiemat mare? cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. Unde putas aut
Quî partum? Non in caro nidore voluptas
Summa, sed in te ipso est: tu pulmentaria quære
Sudando. Pinguem vitiis albumque neque ostrea,
Nec scarus aut poterit peregrîna juvare lagôis.
Vix tamen eripiam, posito pavône, velis quin
Hoc potiùs quàm gallinâ tergêre palatum, *
Carne tamen * quamvis distat nihil * hæc magis * illi,
Corruptus vanis rerum, quia veneat auro
Rara avis, et pictâ pandat spectacula caudâ,

Tamquam ad rem attineat quidquam! Num vesceris
Quam laudas plumâ? cocto num adest honor îdem?
Imparibus formis deceptum te patet. Esto.
Unde datum sentis, lupus hic Tiberînus an alto
Captus hiet? pontesne inter jactatus an amnis
Ostia sub Tusci? Laudas, insane, trilibrem
Mullum, in singula quem minuas pulmenta necesse e
Ducit te species, video. * Quò pertinet ergo
Procéros odisse lupos? quia scilicet illis
Majorem Natura modum dedit, his breve pondus.
Porrectum magno magnum spectare catíno
Vellem, ait Harpyiis gula digna rapacibus. At vos
Præsentes Austri, coquite horum obsonia: * quamqua
Putet aper rhombusque recens, mala copia quando
Ægrum sollicitat stomachum; quum rapula plenus
Atque acidas mavolt inulas. Nec dum omnis abacta
Pauperies epulis regum; nam vilibus ovis
Nigrisque est oleis hodie locus. Haud ita pridem
Gallonî * præconis erat acipensere mensa
Infamis. Quid? tum rhombos minùs * æquora alebant:
Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido.
Donec vos auctor docuit prætorius. Ergo
Si quis nunc mergos suaves edixerit assos,
Parêbit pravi docilis Romana juventus.
Sordidus a tenui victu distabit, Ofello
Judice. Nam frustra vitium vitaveris illud,
Si te aliò * pravus detorseris. Avidienus,
Cui Canis ex vero ductum cognômen adhæret,
Quinquennes oleas est et silvestria corna,
Ac nisi mutatum parcit * defundere vinum, et
Cujus odorem olei nequeas perferre, (licebit
Ille repotia, natales, aliosve dierum

Festos albatus celebret,) cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus acéti.
Quali igitur victu Sapiens utetur, et horum
Utrum imitabitur? hac urget lupus, hac canis, aiunt,
Mundus erit, quà non * offendat sordibus, atque
In neutram partem cultûs miser. Hic neque servis,
Albucî senis exemplo, dum munia dîdit,
Sævus erit: nec, sic * simplex ut Nævius, unctam
Convívis præbebit aquam: vitium hoc quoque magnum.
Accipe nunc victus tenuis quæ quantaque secum
Afferat. In primis valeas bene: * nam variæ res
Ut noceant homini, * credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit. At simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis;
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum
Lenta feret pituîta. Vides ut pallidus omnis
Cœnâ desurgat dubiâ? Quin corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægravat unà,
Atque * afflîgit * humo divínæ particulam auræ.
Alter, ubi * dicto citiùs curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam;
Sive diem festum rediens * advexerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus, * ubíve
Accedent anni, et tractari molliùs ætas
Imbecilla volet. Tibi quidnam accêdet ad istam
Quam puer et validus præsumis mollitiem, seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus.
Rancidum aprum antíqui laudabant, non quia nasus
Illis nullus erat: sed, credo, hac mente, quod hospes
Tardiùs adveniens * vitiatum commodiùs quàm
Integrum edax dominus consumeret. Hos utinam inter

Herôas natum Tellus me prima tulisset!
Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam? Grandes rhombi patinæque
Grande ferunt unà cum damno dedecus. Adde
Iratum patruum, vicínos, te tibi inîquum,
Et frustra mortis cupidum, quum deerit egenti
As laquei pretium. Jure, inquis, Trausius istis
Jurgatur verbis: ego vectigalia magna
Divitiasque habeo tribus amplas Regibus. Ergo
Quod superat, non est meliùs quò insumere possis?
Cur eget indignus quisquam te divite? quare
Templa ruunt antîqua Deûm? cur, improbe, caræ
Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?
Uni nimîrum tibi rectè semper erunt res?
O magnus posthac inimicis risus! Uterne
Ad casus dubios fidet sibi * certiùs? hic qui
Pluribus assuerit mentem corpusque superbum?
An qui contentus parvo, metuensque futuri,
In pace ut sapiens aptârit idonea bello?
Quo magis his credas, puer hunc ego parvus Ofellum,
Integris opibus novi non latiùs usum
Quàm nunc accísis. Videas * metato in agello
Cum pecore et gnatis fortem mercéde colonum,
» Non ego, narrantem, temerè edi luce profestâ
» Quidquam præter olus, fumosæ cum pede pernæ.
» Ac mihi seu longum post tempus venerat hospes,
» Sive operum vacuo gratus convîva per imbrem
» Vicinus; bene erat, non piscibus urbe petítis,
» Sed pullo atque hædo: tum pensilis uva secundas
» Et nux ornabat mensas cum duplice ficu.
» Post hoc ludus erat culpâ potare magistrâ:
» Ac venerata Ceres, * ita culmo ut surgeret alto

» Explicuit vino contractæ seria frontis.
» Sæviat, atque novos moveat Fortuna tumultus,
» Quantum hinc * eminuet? quanto aut ego parciùs aut vos,
» O pueri, * nituistis, ut huc novus incola vênit?
» Nam propriæ telluris herum Natura neque illum,
» Nec me, nec quemquam statuit. Nos expulit ille:
» Illum aut nequities, aut vafri inscitia juris,
» Postremò expellet certè vivacior heres.
» Nunc ager Umbréni sub nomine, nuper Ofelli
» Dictus, erit nulli proprius: sed cedet in usum
» Nunc mihi nunc alii. Quocirca vivite fortes,
» Fortiaque adversis opponite pectora rebus ».

III.

Omnes insanire, etiam ipsos Stoïcos, dum hoc docent.

DAMASIPPUS.

Sic rarò * scribis, ut toto non quater anno
Membranam poscas, scriptorum quæque retexens,
Iratus tibi quòd vini somnique benignus
Nil dignum sermone canas: Quid fiet? Ab ipsis
Saturnalibus huc fugisti sobrius. * Ergo
Dic aliquid dignum promissis: incipe.

HORATIUS.

Nil est.
Culpantur frustra calami, immeritusque laborat
Iratis natus paries Dis atque poëtis.

DAMASIPPUS.

Atqui voltus erat multa et præclara minantis,
Si vacuum tepido cepisset villula tecto.
Quorsum pertinuit stipare Platona Menandro?

Eupolin, Archilochum comites educere tantos
Invidiam placare*paras, virtute relictâ?
Contemnêre miser. Vitanda est improba Siren
Desidia: aut quidquid*vitâ meliore parasti,
Ponendum æquo animo.

HORATIUS.

Dî te, Damasippe, d
Verum ob consilium donent tonsore: sed unde
Tam bene me nosti?

DAMASIPPUS.

Post quàm omnis res mea Jan
Ad medium fracta est, aliêna negotia curo
Excussus propriis. Olim nam quærere amabam
Quo vafer ille pedes lavisset Sisyphus ære:
Quid sculptum infabre, quid fusum duriùs ess
Callidus huic signo ponebam millia centum:
Hortos egregiasque*domos mercarier unus
Cum lucro nôram; unde frequentia Mercuriali
Imposuêre mihi cognomen compita.

HORATIUS.

Novi,
Et*miror morbi purgatum te illius.

DAMASIPPUS.

Atqui
Emovit veterem mirè novus; ut solet, in cor
Trajecto lateris miseri*capitisve dolore:
Ut lethargicus hic quum fit pugil, et medicum

HORATIUS.

Dum ne quid simile huic, esto ut libet.

DAMASIPPUS.

O bone,

Frustrêre, insanis et tu, stultique prope omnes,
Si quid Stertinius * veri crepat, unde ego mira
Descripsi docilis præcepta hæc, tempore quo me
Solatus jussit sapientem pascere barbam;
Atque è Fabricio non tristem ponte reverti.
Nam, malè re gestâ, quum vellem mittere operto
Me capite in flumen, dexter stetit, et,

STERTINIUS.

Cave faxis
Te quidquam indignum: pudor, inquit, te malus * angit,
Insanos qui inter vereare insanus haberi.
Primùm nam inquîram quid sit furere. Hoc si erit in te
Solo, nil verbi, pereas quin fortiter, addam.
Quem mala stultitia, et quæcumque inscitia veri
Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus et grex
Autumat. Hæc Populos, hæc magnos formula Reges,
Excepto Sapiente, tenet. Nunc accipe, quare
Desipiant omnes æque ac tu, qui tibi nomen
Insano posuêre. Velut silvis, ubi passim
Palantes error certo de tramite pellit,
Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit: unus * utrisque
Error, sed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo insanum; nihilo ut sapientior ille
Qui te deridet, caudam trahat. Est genus unum
Stultitiæ nihilum metuenda timentis; ut ignes,
Ut rupes fluviosque in campo obstare queratur.
Alterum et huic * varium, et nihilo sapientius, ignes
Per medios fluviosque ruentis. Clamet amica
Mater, honesta soror, cum cognatis pater, uxor;
» *Hìc fossa est ingens: hìc rupes maxima, serva* ».
Non magis audierit quàm * Fusius ebrius olim,
Cum Ilionam * dormit, Catienis mille ducentis,

MATER TE APPELLO, clamantibus. Huic ego *v
Errori similem cunctum insanire docebo.
Insanit veteres statuas Damasippus emendo :
Integer est mentis Damasippi creditor ? Esto.
Accipe quod numquam reddas mihi, si tibi dica
Tunc insanus eris si acceperis ? an magis excors
Rejectâ prædâ quam præsens Mercurius fert ?
Scribe decem a Nerio : non est satis ; adde Cicu
Nodosi tabulas centum, mille adde catenas ;
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus ;
Quum rapies in Jus mális ridentem aliénis ;
Fiet aper, modò avis, modò saxum, et, * quum volet, a
Si malè rem gerere insani est, contra bene, sani *
Putidius multò cerebrum, mihi crede, Perilli est
Dictantis, quod tu numquam rescribere possis.
Audire atque togam jubeo componere, quisqu
Ambitione malâ aut argenti pallet amore ;
Quisquis luxuriâ tristive superstitione,
Aut alio mentis morbo calet : huc propiùs me,
Dum doceo insanire omnes, vos ordine adite.
Danda est ellebori multo pars maxima avaris :
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.
Heredes Staberî summam incidêre sepulcro :
Ni sic fecissent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum arbitrio Ar
Frumenti quantum metit Africa. *Sive ego pravè*
Seu rectè hoc volui, ne sis patruus mihi. Credo

STERTINIUS.

Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, et cavit nihil acriùs ut, si
Fortè minùs locuples uno quadrante *perîsset,
Ipse videretur sibi nequior. Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divîna humanaque pulchris
Divitiis parent; quas qui *construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus.

DAMASIPPUS.

Sapiensne etiam?

STERTINIUS.

Et rex,
Et quidquid volet. Hoc, veluti virtute paratum,
Speravit magnæ laudi fore. Quid simile isti
Græcus Aristippus? qui servos projicere aurum
In media jussit Libyâ; quia tardiùs irent
Propter onus segnes. Uter est insanior horum?

DAMASIPPUS.

Nil agit exemplum litem quod lite resolvit.

STERTINIUS.

Si quis emat citharas, emtas comportet in unum,
Nec studio citharæ, nec Musæ deditus ulli;
Si scalpra et formas non sutor; nautica vela
Aversus mercaturis; delirus et amens
Undique dicatur meritò. *Qui discrepat istis,
Qui nummos aurumque recondit, nescius uti
Compositis, metuensque velut contingere sacrum?
Si quis ad ingentem frumenti semper acervum
Porrectus vigilet cum longo fuste, neque illinc
Audeat esuriens dominus contingere granum,
Ac potiùs foliis parcus vescatur amaris:
Si, positis intus Chii veterisque Falerni

Mille cadis... nihil est, tercentum millibus, acre
Potet acêtum: age * si et stramentis incubet, un
octoginta annos natus, cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca;
Nimîrum insanus paucis videatur, eo quòd
Maxima pars hominum morbo * jactatur eodem.
Filius, aut etiam hæc libertus ut ebibat heres,
Dîs inimîce senex, custodis?... ne tibi desit?
Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum
Ungere si caules oleo meliore caputque
Cœperis impexâ fœdum porrigine? Quare,
Si quidvis satis est, perjuras, surripis, aufers
Undique? tun' sanus? Populum si cædere saxis
Incipias, servosve * tuo quos ære parâris,
Insanum te omnes pueri clamentque puellæ.
Quum laqueo uxorem interimis, matremque vene
Incolumi capite es? Quid enim? neque tu hoc facis A
Nec ferro, ut demens genitrîcem * occîdis Oreste
An tu rêris eum occîsâ insanisse parente?
Ac non ante malis dementem actum Furiis quàm
In matris jugulo ferrum tepefécit acutum?
Quin, ex quo est habitus malè tutæ mentis Ore
Nil sanè fecit quod tu reprendere possis:
Non Pyladen ferro violare, aususve sororem est
Electram: tantùm * maledixit utrique, vocando
Hanc FURIAM, hunc * aliud jussit quod splendida
Pauper Opimius argenti positi intus et auri,
Qui Veientanum festis potare diebus
Campanâ solitus trullâ, vappamque profestis;
Quondam lethargo grandi est oppressus, ut here
Jam circùm loculos et claves lætus ovansque
Curreret. Hunc medicus multùm celer atque fideli

Excitat hoc pacto. Mensam poni jubet atque
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum. Hominem sic erigit: addit et illud;
MEDICUS.
Ni tua custodis, avidus jam * hæc auferet heres.
OPIMIUS.
Men' vivo?
MEDICUS.
Ut vivas igitur, vigila. Hoc * age.
OPIMIUS.
Quid vis?
MEDICUS.
Deficient inopem venæ te, ni cibus atque *
Ingens * accêdit stomacho fultura ruenti. *
Tu cessas? Agedum: sume hoc ptisanarium oryzæ.
OPIMIUS.
Quanti * emtum?
MEDICUS.
Parvo.
OPIMIUS.
Quanti ergo?
MEDICUS.
Octussibus.
OPIMIUS.
Eheu!
Quid refert morbo an furtis pereamne rapínis?
DAMASIPPUS.
Quisnam igitur sanus?
STERTINIUS.
Qui non stultus.
DAMASIPPUS.
Quid avarus?

STERTINIUS.

Stultus et insanus.

DAMASIPPUS.

Quid? si quis non sit avarus,
Continuò sanus?

STERTINIUS.

Minimè.

DAMASIPPUS.

Cur, Stoice?

STERTINIUS.

Dicam.
Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,
Hic æger. Rectè est igitur, surgetque? Negabit,
Quòd latus aut renes morbo * tentantur acuto.
Non est perjurus neque sordidus. Immolet æquis
Hic * porcam Laribus. Verùm ambitiosus et audax.
Naviget Anticyram. Quid enim differt, barathrone
Dones quidquid habes, an numquam utare paratis?
Servius Oppidius Canusî duo prædia, dives
Antíquo censu, natis divîsse duobus
Fertur, et hoc moriens pueris dixisse vocatis
Ad lectum. Post quàm te talos, Aule, nucesque
Ferre sinu * laxo, et donare et ludere vidi;
Te, Tiberi, numerare, cavis abscondere tristem;
Extimui, ne vos ageret vesania discors:
Tu Nomentanum, tu ne sequerêre Cicûtam.
Quare per divos oratus uterque Penates,
Tu cave ne minuas, tu ne majus facias id
Quod satis esse putat pater, et Natura coërcet.
Præterea, ne vos titillet gloria, jure-
jurando obstringam ambo: uter ædîlis * fuerit vel
Vestrûm prætor, is intestabilis et sacer esto.

In cicere atque fabâ bona tu perdasque lupinis,
Latus ut in Circo spatiêre, aut æneus ut stes,
Nudus agris, nudus nummis, insane, paternis?
Scilicet ut plausus quos fert Agrippa, feras tu?
Astuta ingenuum volpes imitata leonem.
Ne quis humasse velit Aiăcem, Atrîda, *vetas. Cur?

AGAMEMNON.

Rex sum.

STERTINIUS.

Nil ultra quæro plebeiüs.

AGAMEMNON.

Et æquam
Rem imperito: * at si cui videor non justus, inulto
Dicere quod sentit, permitto.

STERTINIUS.

Maxime Regum,
Dî tibi dent captâ classem * reducere Troiâ:
Ergo consulere, et mox respondêre licebit?

AGAMEMNON.

Consule.

STERTINIUS.

Cur Aiãx heros ab Achille secundus
Putrescit, toties servatis clarus Achivis?
Gaudeat ut populus Priami Priamusque inhumato,
Per quem tot juvenes patrio caruêre sepulcro?

AGAMEMNON.

Mille ovium insanus morti dedit, inclytum Ulyssen
Et Menelâum unà mecum se occidere clamans.

STERTINIUS.

Tu quum pro vitula statuis dulcem Aulide natam
Ante * aras, spargisque molâ caput, improbe, salsâ,
Rectum animi servas?

AGAMEMNON.

Quorsum?

STERTINIUS.

Insanus quid enim Aiâx
Fecit, quum stravit ferro pecus? abstinuit vim*
Uxore et gnato, mala multa precatus Atrídis:
Non ille aut Teucrum aut ipsum violavit Ulyssen.

AGAMEMNON.

Verùm ego, ut hærentes adverso litore naves
Eriperem, prudens placavi sanguine Divos.

STERTINIUS.

Nempe tuo, furiose.

AGAMEMNON.

Meo, sed non furiosus.

STERTINIUS.

Qui species alias * veris, scelerisque tumultu
Permistas, capiet, commotus habebitur; atque
Stultitiâne erret nihilum distabit an irâ.
Aiäx, quum immeritos occîdit, desipit, agnos.
Quum prudens scelus ob titulos * admittis inanes,
Stas animo? et purum est vitio tibi quum * tumidum es
Si quis lectícâ nitidam gestare amet agnam;
Huic vestem ut natæ paret, ancillas paret, aurum;
Pupam aut Pupillam apellet, fortique maríto
Destinet uxorem, interdicto huic omne adimat jus
Prætor, et ad sanos abeat tutêla propinquos.
Quid! si quis natam pro mutâ devovet agnâ,
Integer est animi? Ne dixeris. Ergo ubi prava * est
Stultitia, * hìc summa est insania. Qui sceleratus,
Et furiosus erit. Quem cepit vitrea Fama,
Hunc circum tonuit gaudens Bellona cruentis.
Nunc, age, luxuriam et Nomentanum arripe mec

Vincet enim stultos ratio insanire nepotes.
Hic simul accêpit patrimonî mille talenta,
Edîcit, piscator uti, pomarius, auceps,
Unguentarius, ac Tusci turba impia vici,
Cum scurris fartor, cum Velabro omne macellum,
Manè domum veniant. Quid tum? Venêre frequentes:
Verba facit leno; « Quidquid mihi, quidquid et horum
» Cuique domi est, id crede tuum, et vel nunc pete vel cras. »
Accipe, quid contra * hæc juvenis responderit æquus.
» In nive Lucana dormis * tu ocreatus, ût aprum
» Cœnem * ego : tu pisces hiberno ex æquore * verris,
Segnis * ego : indignus qui tantum possideam. Aufer.
Sume tibi decies : tibi tantumdem; tibi triplex
Unde uxor mediâ * currit de nocte * citata.
Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies solidum * absorbêret, aceto
Diluit insignem baccam. Quî sanior ac si
Illud idem in rapidum flumen jaceretve cloacam?
Quinti progenies Arrî, par nobile fratrum,
Nequitiâ et nugis, pravorum et amore gemellum,
Luscinias soliti impenso prandêre coëmtas,
Quorsum abeant? sanin'? cretâ an carbone notandi?
Ædificare casas, plostello adjungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa
Si quem delectet barbatum, amentia * verset.
Si puerilius his Ratio esse evincet amare,
Nec quidquam differre, utrumne in pulvere, trimus
Quale priùs, ludas opus, an meretrîcis amore
Sollicitus plores. Quæro, faciasne quod olim
Mutatus Polemon? ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubital, focalia? potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,

Post quàm est impransi correptus voce magistri.
Porrigis irato puero quum poma, recusat.
» Sume, Catelle. » Negat: si non des, optet. Amat
Exclusus quì distat? * agit ubi secum, eat an non
Quò rediturus erat non arcessîtus, et hæret
Invísis foribus? Ne nunc, quum me vocet ultro,
Accèdam? an potiùs mediter finire * labores?
Exclusit... revocat: redeam?... non, si obsecret.
Servus non paullo sapientior. O here, quæ res
Nec modum habet, neque consilium, ratione modoq
Tractari non volt. In amore hæc sunt mala: bellum,
Pax rursum. Hæc si quis tempestatis prope ritu
Mobilia, et cæcâ fluitantia sorte, laboret
Reddere certa sibi, nihilo plus explicet ac si
Insanire paret certâ ratione modoque.
Quid? quum Picénis excerpens semina pomis
Gaudes, si cameram percusti fortè, penes te es?
Quid? quum balba feris annoso verba palato,
Ædificante casas quî sanior? Adde cruorem
Stultitiæ, atque ignem gladio scrutare. Modò, inquan
Hellade percussâ, Marius quum præcipitat se,
Cerrîtus fuit? An commotæ crimine mentis
Absolves hominem, et sceleris damnabis eumdem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
Libertînus erat, qui circum compita siccus,
Lautis mane senex manibus currebat, et, UNUM,
QUID TAM MAGNUM? addens UNUM ME SURPITE MO
DIS ETENIM FACILE EST, orabat. Sanus utrisque
Auribus atque oculis: mentem, nisi litigiosus,
Exciperet dominus quum venderet. Hoc quoque volgu
Chrysippus ponit fecundâ in gente Menenî.
Juppiter, ingentes qui das admisque * dolores,

(Mater ait pueri menses jam quinque cubantis)
» Frigida si puerum quartanam reliquerit, *illo
» Manè die quo tu indìcis jejunia, nudus
» In Tiberi stabit. » Casus medicusve levârit
Ægrum ex præcipiti, mater delîra necabit
In gelidâ fixum ripâ, febrimque reducet.
Quone malo mentem concussa? timore Deorum.

DAMASIPPUS.

Hæc mihi Stertinius, Sapientûm octavus, amico
Arma dedit, posthac ne compellarer inultus.
Dixerit insanum qui me, totidem audiet, atque
Respicere ignoto discet pendentia tergo.

HORATIUS.

Stoïce, post damnum sic vendas omnia pluris:
Quâ me stultitiâ, quoniam non est genus unum,
Insanire putas? ego nam videor mihi sanus.

DAMASIPPUS.

Quid? caput *abscissum manibus quum portat Agave
Nati infelîcis, sibi tum furiosa vidêtur?

HORATIUS.

Stultum me fateor, liceat concedere veris,
Atque etiam insanum: tantùm hoc edissere, quo me
Ægrotare *putes animi vitio.

DAMASIPPUS.

Accipe. Primùm
Ædificas, hoc est, longos imitaris, ab imo
Ad summum totus moduli bipedalis; et îdem
Corpore majorem rides Turbonis in armis
Spiritum et incessum: quî ridiculus minus *illo?
An quodcumque facit Mæcénas, te quoque verum est
Tanto dissimilem et tanto certare minorem?
Absentis Ranæ pullis vituli pede pressis,

Adde poëmata nunc, hoc est, oleum adde cam
Quæ si quis sanus fecit, sanus facis et tu.
Non dico horrendam rabiem.

HORATIUS.

Jam desine.

DAMASIPPUS. Cul

Majorem censu.

HORATIUS.

Teneas, Damasippe, tuis te.

DAMASIPPUS.

Mille puellarum, puerorum mille furores.

HORATIUS.

O major tandem parcas, insane, minori.

714.

IV.

Catii nescio cujus fatuitatem irrídet, qui summam ho felicitatem in arte culinaria poneret.

HORATIUS.

UNDE, et quo Catius?

Interpellârim: sed des veniam bonus oro.
Quòd si interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox;
Sive est naturæ hoc sive artis, mirus utroque.

CATIUS.

Quin id erat curæ quo pacto cuncta tenêrem;
Ut pote res tenues tenui sermone peractas.

HORATIUS.

Ede hominis nomen; simul et Romanus an hospes.

CATIUS.

Ipsa memor præcepta canam: celabitur auctor.
Longa quibus facies ovis erit, illa memento,
Ut succi melioris, et ut magis alta rotundis,
Ponere: namque marem cohibent callosa vitellum.
Caule suburbano, qui siccis crevit in agris,
Dulcior. Irriguo nihil est elutius horto.
Si vespertînus subitò te oppresserit hospes,
Ne gallína (malum) responset dura palato,
Doctus eris vivam musto mersare Falerno:
Hoc teneram faciet. Pratensibus optima fungis
Natura est: aliis malè creditur. Ille salubres
Æstates peraget, qui nigris prandia moris
Finiet, ante gravem quæ legerit arbore solem.
Aufidius forti miscebat mella Falerno:
Mendosè; quoniam vacuis committere venis
Nil nisi lene decet: leni præcordia mulso
Prolueris meliùs. Si dura morabitur alvus,
Mytulus et viles pellent obstantia conchæ,
Et lapathi brevis herba; sed albo non sine Coo.
Lubrica nascentes implent conchylia Lunæ.
Sed non omne mare est generosæ fertile testæ.
Murice Baiâno melior Lucrîna peloris:
Ostrea Circæis, Miseno oriuntur echíni:

Pectinibus patulis jactat se molle Tarentum.
Nec sibi cœnarum quivis temerè arroget artem,
Non priùs exactâ tenui ratione saporum.
Nec satis est carâ pisces * averrere mensâ,
Ignarum quibus est jus aptius, et quibus assis
Languidus in cubitum jam se convîva reponet.
Umber et ilignâ nutritus glande rotundas *
Curvat aper lances carnem vitantis inertem:
Nam Laurens malus est, ulvis et arundine pinguis
Vinea submittit capreas non semper edules.
Fecundæ leporis sapiens sectabitur armos.
Piscibus atque avibus quæ natura et foret ætas
Ante meum patuit nulli quæsîta palatum.
Sunt quorum ingenium nova tantùm crustula pron
Nequaquam satis est re unâ consumere curam:
Ut si quis solum hoc, mala ne sint vina, laboret,
Quali perfundat pisces securus olivo.
Massica si cœlo * suppones vina sereno,
Nocturnâ, si quid crassi est, tenuabitur aurâ,
Et decèdet odor nervis inimicus; at illa
Integrum perdunt lino vitiata saporem.
Surrentina vafer qui miscet fæce Falernâ
Vina, columbíno limum bene colligit ovo;
Quatenus ima petit volvens aliêna vitellus.
Tostis marcentem squillis recreabis et Afrâ
Potorem cochleâ: nam lactûca innatat acri
Post vinum stomacho. Pernâ magis ac magis hillis
Flagitat * in morsus refici: quin omnia * mavolt
Quæcumque immundis fervent * allata popínis.
Est operæ pretium duplicis pernoscere juris
Naturam. Simplex e dulci constat olivo: *
Pingui * aliud miscêre mero muriâque decebit

Non aliâ, quàm quâ Byzantia putuit orca.
Hoc ubi confusum sectis inferbuit herbis,
Corycioque croco sparsum stetit, insuper addes,
Pressa Venafranæ quod bacca remîsit olívæ.
Picenis cedunt pomis Tiburtia succo;
Nam facie præstant. Venucula convenit ollis:
Rectiùs Albanam fumo duraveris uvam.
Hanc ego cùm mális, ego fæcem primus et allec,
Primus et invenior piper album cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.
Immane est vitium dare millia terna macello,
Angustoque vagos pisces urgêre catíno.
Magna movet stomacho fastidia, seu puer unctis
Tractavit calicem manibus dum furta ligurrit,
Sive gravis veteri crateræ limus adhæsit.
Vilibus in scopis, in * mattis, in scobe quantus
Consistit sumtus? neglectis, flagitium ingens.
Ten' lapides varios lutulentâ radere palmâ?
Et Tyrias dare circum illota toralia vestes,
Oblîtum, quanto curam sumtumque minorem
Hæc habeant, tanto reprendi justiùs illis
Quæ nisi divitibus * nequeant contingere mensis?

HORATIUS.

Docte Cati, per amicitiam Divosque rogatus,
Ducere me audîtum, perges quocumque, memento.
Nam quamvis memori referas mihi pectore cuncta,
Non tamen interpres tantumdem juveris. Adde
Voltum habitumque hominis, quem tu vidisse beatus
Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura
Non mediocris inest, fontes ut adire remotos
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

Hoc quoque, Tiresia, præter narrata, peten
Responde; Quibus amissas reparare queam r
Artibus atque modis? quid rides?

TIRESIAS.

Jamne, *
Non satis est Ithacam revehi, patriosque Pe
Adspicere?

ULYSSES.

O nulli quidquam mentîte, vides
Nudus inopsque domum redeam, te vate: ne
Aut apothêca procis intacta est, aut pecus...
Et genus, et virtus nisi cum re, vilior algâ e

TIRESIAS.

Quando pauperiem, missis ambagibus, horre
Accipe, quâ ratione queas ditescere. Turdus
Sive aliud *privum dabitur tibi, devolet illuc
Res ubi magna nitet, domino sene. Dulcia p
Et quoscumque feret cultus tibi fundus hono
Ante Larem gustet venerabilior Lare dives.

TIRESIAS.

Ergo
Pauper eris.

ULYSSES.

Fortem hoc animum tolerare jubebo:
Et quondam majora tuli. Tu protinus unde
Divitias ærisque ruam, dic, augur, acervos.

TIRESIAS.

Dixi equidem, et dico. Captes astutus ubîque
Testamenta senum: neu, si vafer unus et alter
Insidiatorem præroso fugerit hamo,
Aut spem deponas, aut artem illusus omittas.
Magna minorve foro si res certabitur olim;
Vivet uter locuples sine natis, improbus, ultro
Qui meliorem audax * vocet in Jus, illius esto
Defensor. Famâ civem caussâque priorem
Sperne, domi si natus erit, fecundave conjux.
Quinte, puta, aut Publi, (gaudent prænomine molles
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amîcum:
Jus anceps novi: caussas defendere possum.
Eripiet quivis oculos citiùs mihi, quàm te
Contemtum * quassâ nuce pauperet. Hæc mea cura est
Ne quid tu perdas, neu sis jocus. Ire domum atque
Pelliculam curare jube: fi cognitor ipse.
Persta atque obdura, seu rubra Canicula findet
Infantes statuas, seu pingui tentus omaso
Furius *hibernas canâ nive conspuet Alpes.*
Nonne vides, aliquis cubito stantem propè tangens
Inquiet, ut patiens! ut amícis aptus! ut acer!
Plures annabunt thunni, et cetaria crescent.
Si cui præterea validus malè filius in re
Præclarâ sublatus * aletur; ne manifestum

Cælibis obsequium nudet te, leniter in spem
Arrêpe officiosus, ut et scribare secundus
Heres, et, si quis casus puerum egerit Orco,
In vacuum venias: perrarò hæc alea * fallit.
Qui testamentum tradet tibi cumque legendum,
Abnuere, et tabulas a te removêre memento:
Sic tamen ut limis rapias quid prima secundo
Cera velit versu: solus, multisne coheres,
Veloci percurre oculo. Plerumque recoctus
Scriba ex Quinqueviro corvum deludet hiantem,
Captatorque dabit risus Nasîca Corano.

ULYSSES.

Num furis? an prudens ludis me obscura canendo?

TIRESIAS.

O Laërtiade, quidquid dicam, aut erit aut non;
Divinare etenim magnus mihi donat Apollo.

ULYSSES.

Quid tamen ista velit sibi fabula, * si licet, ede.

TIRESIAS.

Tempore quo Juvenis Parthis horrendus, ab alto
Demissum genus Ænéâ, tellure marique
Magnus erit; forti nubet procêra Corano
Filia Nasicæ metuentis reddere soldum.
Tum gener hoc faciet: tabulas socero dabit, atque
Ut legat orabit: multùm Nasîca negatas
Accipiet tandem, et tacitus leget; invenietque
Nil sibi legatum, præter plorare, suisque.
Illud ad hæc jubeo: mulier si fortè dolosa,
Libertusve senem delîrum temperet, illis
Accedas socius: laudes, lauderis ut absens.
Adjuvat hoc quoque; sed vincit longè priùs ipsum
Expugnare caput *. Scribet mala carmina vecors?

Laud

ato. Scortator erit? * cave te roget: ultro
lopen facilis potiori trade.

ULYSSES.

Putasne,
uci poterit tam frugi tamque pudîca,
n nequiêre proci recto depellere cursu?

TIRESIAS.

: enim * magno, donandi parca juventus,
tantùm Veneris quantùm studiosa culinæ.
ibi Penelope frugi est: quæ, si semel uno
ene gustârit, tecum partîta lucellum,
inis a corio numquam absterrebitur uncto.
:ne, quod dicam, factum est. Anus improba Thebis
:stamento sic est elata: cadaver
um oleo largo nudis humeris tulit heres.

ULYSSES.

:et elabi si posset mortua.

TIRESIAS.

Credo,
d nimiùm institerat viventi. Cautus adîto:
desis operæ, neve immoderatus abundes.
:ilem et morosum * offendes garrulus: ultro
etiam sileas; Davus sis comicus, atque
capite obstípo, multùm similis metuenti.
:quio grassare: mone, si * increbruit aura,
us uti velet carum caput; extrahe turbâ
)sitis humeris: aurem * substringe loquaci.
)rtunus amat laudari? donec, OHE JAM!
œlum manibus sublatis dixerit, urge, et
centem tumidis infla sermonibus utrem.
uum te servitio longo curâque levârit;
rtum vigilans, QUARTÆ ESTO PARTIS ULYSSES,

Fortè coheredum senior malè tussiet; huic tu
Dic, ex parte tua seu fundi sive domûs sit
Emtor, gaudentem nummo te addicere. Sed me
Imperiosa trahit Proserpina. Vive valeque.

VI.

Rusticani otii commoda cum Urbanæ vitæ molestiis contendit.

Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus
Hortus ubi et tecto vicînus jugis aquæ fons,
Et paullum silvæ super his foret. Auctius atque
Dî melius fecêre: bene est. * Nihil amplius * oro
Maiâ nate, nisi ut propria hæc mihi munera fa
Si neque majorem feci ratione malâ rem,
Nec sum facturus vitio culpâve minorem;
Si veneror stultus nihil horum: O si angulus
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum
O si urnam argenti Fors * quæ mihi monstret!
Thesauro invento, qui mercenarius agrum

Nec mala me Ambitio perdit, nec plumbeus Auster,
Autumnusque gravis, Libitinæ quæstus acerbæ.
MATUTINE PATER, seu JANE libentiùs audis,
Unde homines operum primos vitæque labores
Instituunt (sic Dîs placitum,) tu carminis esto
Principium. Romæ sponsorem me rapis? « Eiâ
» Ne prior officio quisquam respondeat: * urge. »
Sive Aquilo radit terras, seu bruma nivalem
Interiore diem gyro trahit, ire necesse est.
Postmodò, quod mî obsit, clarè certumque locuto,
Luctandum in * turba, facienda injuria tardis.
» Quid * vis, insane? et Quas res agis improbus? » urget
Iratis precibus. « TU pulses omne quod obstat,
» Ad Mæcenatem memori si * mente recurras. »
Hoc juvat et * melli est, non * mentiar. At simul atras
Ventum est Esquilias, aliena negotia centum
Per caput et circa saliunt latus. « ANTE secundam
» Roscius orabat sibi adesses ad Puteal cras. »
» DE re communi Scribæ magna atque novâ te
» Orabant hodie meminisses, Quinte, reverti. »
» IMPRIMAT his, cura, Mæcénas signa tabellis. »
Dixeris, Experiar: SI vis, potes, addit, et instat.
Septimus octavo proprior jam fugerit annus,
Ex quo Mæcénas me cœpit habêre suorum
In numero; dumtaxat ad hoc, quem tollere rhedâ
Vellet iter faciens, et cui concredere nugas
Hoc genus; » HORA quota est? THREX est Gallîna Syro par?
» MATUTÎNA parum cautos jam frigora mordent; »
Et quæ rimosâ bene deponuntur in * aure.
Per totum hoc tempus subjectior in diem et horam
Invidiæ. » NOSTER ludos * spectaverat unà: *
» Luserat in Campo: FORTUNÆ filius » omnes.

Frigidus a Rostris * manat per compita rumor?
Quicumque obvius est, me consulit, » O BONE, nam te
» Scire, Deos quoniam propiùs contingis, oportet.
» Numquid de Dacis audisti? NIL equidem. UT tu
» Semper eris derisor! AT omnes Dî exagitent me,
» Si quidquam. QUID? militibus promissa Triquetrâ
» Prædia Cæsar, an est Italâ tellure daturus? »
Jurantem me scire nihil, mirantur, ut unum
Scilicet * egregii mortalem altique silentî.
Perditur hæc inter misero lux, non sine votis:
O rus! quando ego te adspiciam? quandoque licebit,
Nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis,
Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ?
O quando faba Pythagoræ cognata, simulque
Uncta satis pingui * ponentur oluscula lardo?
O noctes cœnæque Deûm! quibus ipse meique
Ante Larem proprium vescor, vernasque procaces
Pasco libatis dapibus. Prout cuique libido est,
Siccat inæquales calices conviva, solutus
Legibus insanis; seu quis * capit acria fortis
Pocula, seu modicis uvescit lætiùs. Ergo
Sermo oritur non de villis domibusve alienis; *
Nec malè necne Lepos saltet: sed quod magis ad nos
Pertinet, et nescire malum est, agitamus: Utrumne
Divitiis homines, an sint virtute beati?
Quidve ad amicitias, usus rectumne, trahat nos?
Et quæ sit natura boni? summumque quid ejus?
Cervius hæc inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. Si quis nam laudat Arelli
Sollicitas ignarus opes, sic incipit. OLIM
Rusticus urbanum Murem Mus paupere fertur
Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum;

Asper et attentus quæsítis, ut tamen arctum
Solveret hospitiis animum. Quid multa? neque ille
Sepositi ciceris, nec longæ invîdit avénæ.
Aridum et ore ferens acinum, semesaque lardi
Frusta dedit, cupiens variâ fastidia cœnâ
Vincere tangentis malè singula dente superbo:
Quum pater ipse domûs paleâ porrectus in hornâ
Esset ador loliumque, dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc; Quid te juvat, inquit, amîce,
Prærupti nemoris patientem vivere dorso?
Vis tu homines urbemque feris præponere silvis?
Carpe viam, mihi crede, comes; terrestia quando
Mortales animas vivunt sortíta, neque ulla est
Aut magno aut parvo leti fuga. Quo, bone, circà,
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus:
Vive memor quàm sis ævi brevis. Hæc ubi dicta
Agrestem pepulêre, domo levis exsilit: inde
Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes
Mœnia nocturni subrepere. Jamque tenebat
Nox medium cœli spatium, quum ponit uterque
In locuplête domo vestigia; rubro ubi cocco
Tincta super lectos candêret vestis eburnos,
Multaque de magnâ superessent fercula cœnâ,
Quæ procul exstructis inerant hesterna * canistris.
Ergo ubi purpureâ porrectum in veste locavit
Agrestem, veluti succinctus cursitat hospes,
Continuatque dapes, nec non * verniliter ipsis
Fungitur officiis, *prælíbans omne, quod * affert.
Ille cubans gaudet mutatâ sorte, * bonisque
Rebus agit lætum convîvam: quum subitò ingens
Valvarum strepitus lectis excussit utrumque.
Currere per totum pavidi conclave, magisque

Exanimes trepidare : simul domus alta Molossis
Personuit canibus. Tum rusticus, « Haud mihi vitâ
» Est opus hac, ait, et Valeas. Me silva cavusque
» Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo.

VII.

Horatii servus libertate usus Saturnalitiâ herum festivè et acriter objurgat.

HORATIUS. DAVUS.

DAVUS.

JAMDUDUM ausculto, et cupiens tibi dicere servus
Pauca, reformido.

HORATIUS.

Davusne ?

DAVUS.

Ita, Davus, amîcum
Mancipium domino, et frugi, quod sit satis; hoc est,
Ut vitale putes.

HORATIUS.

Age, libertate Decembri,
Quando ita majores voluerunt, utere : narra.

DAVUS.

Pars hominum vitiis gaudet constanter, et urget
Propositum : pars multa natat, modò recta capessens,
Interdum pravis obnoxia. Sæpe notatus
Cum tribus annellis, modò lævâ Priscus inani,
Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas;
Ædibus ex magnis subitò se conderet, undè
Mundior exiret vix libertînus honestè.

Jam mœchus Romæ, jam mallet * doctor Athénis
Vivere, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.
Scurra Volanerius, post quàm illi justa chiragra
Contudit articulos, qui pro se tolleret atque
Mitteret in*phimum talos, mercêde diurnâ
Conductum pavit. Quanto constantior îdem
In vitiis, tanto leviùs miser ac prior ille
Qui*jam contento, *jam laxo fune laborat.

HORATIUS.

Non dices hodie quorsum hæc tam putida tendant,
Furcifer?

DAVUS.

Ad te, inquam.

HORATIUS.

Quo pacto, pessime?

DAVUS.

Laudas
Fortunam et mores antíquæ plebis, et îdem,
Si quis ad illa Deus subitò te agat, usque recuses:
Aut quia non sentis quod clamas rectius esse,
Aut quia non firmus rectum defendis, et hæres,
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.
Romæ rus optas, absentem rusticus Urbem
Tollis ad astra levis. Si nusquam es forte vocatus
Ad cœnam, laudas securum olus; ac, velut usquam
Vinctus eas, ita te felîcem dicis amasque,
Quòd nusquam tibi sit potandum. Jusserit ad se
Mæcénas serum sub lumina prima venire
Convîvam, » Nemon' oleum * fert ocius? ecquis
» Audit? » cum magno blateras clamore, fugisque.
Mulvius et scurræ, tibi non referenda precati,
Discedunt. Etenim fáteor me, dixerit ille,

Duci ventre levem : nasum nidore * supinor :
Imbecillus, iners, * si quid vis, adde, popîno.
Tu quum sis quod ego, et fortassis nequior, ultrò
Insectêre velut melior, verbisque decóris *
Obvolvas vitium ? Quid ? si me stultior ipse
Quingentis emto drachmis deprenderis ?.. Aufer
Me voltu terrêre : manum stomachumque teneto,
Dum, quæ Crispíni docuit me janitor, edo.
Te conjux aliena capit, meretricula Davum.
Peccat uter nostrûm cruce dignius ? acris ubi me
Natura incendit, sub clarâ nuda lucernâ,
Quæcumque excêpit turgentis verbera caudæ,
Clunibus aut agitavit equum lascîva supînum,
Dimittit neque famosum, neque sollicitum ne
Ditior aut formæ melioris meiât eodem :
Tu, quum projectis insignibus, annulo equestri
Romanoque habitu, prodis ex judice Damâ
Turpis, odoratum caput obscurante lacernâ,
Non es quod simulas ? metuens induceris, atque
Alterçante libidinibus tremis ossa pavore.
Quid refert, uri virgis ferroque necari
Auctoratus eas, an turpi clausus in arca,
Quò te demîsit peccati conscia herilis,
Contractum genibus tangas caput ? estne marito
Matronæ peccantis in * ambos justa potestas ?
In corruptorem vel justior. Illa tamen se
Non habitu mutatve loco, peccatve supernè,
Quum te formîdet mulier, neque credat amanti.
Ibis sub furcam prudens, dominoque furenti
Committes rem omnem, et vitam, et cum corpore fam
Evasti ? credo, metues, doctusque cavebis :
Quæres quando iterum paveas, iterumque perire

. O toties servus! Quæ bellua ruptis,
semel effugit, reddit se prava catenis?
sum mœchus, ais. Neque ego hercule fur, ubi vasa
eo sapiens argentea. Tolle periclum,
iga prosiliet frenis natura remotis.
nihi dominus, rerum imperiis hominumque
ntisque minor? quem ter vindicta quaterque
ita haud umquam miserâ formidine privet?
supra dictis quod non levius valeat: nam
icarius est, qui servo pâret, uti mos
ait, seu conservus; tibi quid sum ego? nempe
hi qui imperitas, aliis servis miser, atque
s ut nervis alienis mobile * lignum.
snam igitur liber? sapiens sibique imperiosus:
neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:
ısare cupidinibus, contemnere honores
, et in se ipso totus teres atque rotundus,
i ne quid valeat per læve morari:
m manca ruit semper Fortuna. Potesne
, ut proprium, quid noscere? Quinque talenta
te mulier, vexat, foribusque repulsum
dit gelidâ: rursus vocat. Eripe turpi
jugo. Liber, liber sum, dic, age... non quis:
enim dominus mentem non lenis, et acres
tat lasso stimulos, versatque negantem.
quum Pausiacâ torpes, insane, tabellâ,
:ccas minus atque ego, quum Fulvî Rutubæque,
lacideiâni contento poplite miror
ı rubrícâ picta aut carbone, velut si
â pugnent, feriant vitentque moventes
viri. Nequam et cessator Davus: at ipse
s veterum judex et callidus audis.

Nil ego, si ducor libo fumante: tibi ingens
Virtus atque animus cœnis responsat opimis.
Obsequium ventris mihi perniciosius est. Cur?
Tergo plector enim: quî tu impunitior, illa
Quæ parvo sumi nequeunt, quum obsonia captas?
Nempe inamarescunt epulæ sine fine petítæ,
Illusique pedes vitiosum ferre recusant
Corpus. An hic peccat, sub noctem qui puer uvam
Furtívâ mutat strigili? qui prædia vendit,
Nil servîle gulæ párens habet? adde, quod îdem
Non horam tecum esse potes, non otia rectè
Ponere: teque ipsum vitas fugitívus ut * erro,
Jam vino quærens, jam somno fallere curam.
Frustra: nam comes atra premit sequiturque fugacem.

HORATIUS.

Unde mihi lapidem?

DAVUS.

Quorsum est opus?

HORATIUS.

Unde sagittas?

DAVUS.

Aut insanit homo, aut versus facit.

HORATIUS.

Ocius hinc te
Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

VIII.

ius Fundanium amícum suum interrogat qualis, sidieni Rufi, hominis avari, sed ineptè prodigi fuerit cœna, cui ipse interfuerat.

HORATIUS. FUNDANIUS.

HORATIUS.

SIDIENI * quî juvit te cœna beati?
ı mihi quærenti convîvam dictus here illic
medio potare die.

FUNDANIUS.

Sic ut mihi numquam
ita fuerit melius.

HORATIUS.

Da, si grave non est
: prima iratum ventrem placaverit esca.

FUNDANIUS.

ırimis Lucanus aper: leni fuit Austro
tus, ut aiëbat cœnæ pater. Acria circum
ula, lactúcæ, radíces: qualia lassum
vellunt stomachum; siser, allec, fæcula Coa.
ubi sublatis, puer altè cinctus acernam
sape purpureo mensam pertersit, et alter
lêgit quodcúmque jacêret inutile, quodque
set cœnantes offendere. Ut Attica virgo
ı sacris Cereris, procedit fuscus Hydaspes
:uba vina ferens: Alcon, Chium maris expers.
herus, » Albanum, Mæcénas, sive Falernum
nagis appositis delectat, habemus utrumque. »

HORATIUS.

itias miseras! Sed queis cœnantibus unà,

Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.

FUNDANIUS.

Summus ego, et prope me Viscus Thurînus, et infra,
Si memini, Varius: cum Servilio Balatrone
Vibidius, quos Mæcénas adduxerat umbras.
Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,
Ridiculus totas * simul absorbêre placentas.
Nomentanus ad hoc, qui, si quid forte lateret,
Indice monstraret digito. Nam cætera turba,
Nos, inquam, cœnamus aves, conchylia, pisces,
Longè dissimilem noto celantia succum:
Ut vel continuò patuit, quum passeris assi * atque
Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.
Post hoc me docuit melimêla rubêre minorem
Ad Lunam delecta. Quid hoc intersit, ab ipso
Audieris meliùs. Tum Vibidius Balatroni;
» NOS, nisi damnosè bibimus, moriemur inulti. »
Et calices * poscit majores. Vertere pallor
Tum parochi faciem, nil sic metuentis ut acres
Potores: vel quòd maledicunt liberiùs, vel
Fervida quòd subtile exsurdant vina palatum.
Invertunt * Allifanis vinaria tota
Vibidius Balatroque, secutis omnibus: imi
Convívæ lecti nihilum nocuêre lagenis.
Affertur squillas inter muræna natantes
In patinâ porrecta. Sub hoc herus; Hæc gravida, inquit
Capta est, deterior post partum carne futura.
His mistum jus est, oleo quod prima Venafri
Pressit cella; garo de succis piscis Iberi;
Vino quinquenni, verùm citra mare nato;
Dum coquitur, (cocto Chium sic convenit, ut [illegible]
Hoc magis ullum aliud) pipere alba, non sine [illegible]

Quod Methymnæam vitio * mutaverat uvam.
Erúcas virides, inulas ego primus amaras
Monstravi incoquere: illutos Curtillus echinos
(Ut melius) muriâ quam testa marîna remittit.
Interea supensa graves aulæa ruinas
In patinam fecêre, trahentia pulveris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
Nos majus veriti: post quàm nihil esse pericli
Sensimus, erigimur. Rufus, posito capite, ut si
Filius immaturus obisset, flêre. Quis esset
Finis? ni sapiens sic Nomentanus amicum
Tolleret? Heu Fortuna! quis est crudelior in nos
Te Deus? ut semper gaudes illudere rebus
Humanis! Varius mappâ compescere risum
Vix poterat. Balatro suspendens omnia naso,
Hæc est conditio vivendi, aiëbat: eoque
Responsura tuo numquam est par fama labori.
Tene, ut ego accipiar lautè, torquerier omni
Sollicitudine districtum? ne panis adustus,
Ne malè conditum jus apponatur, ut omnes
Præcincti rectè pueri comtique ministrent?
Adde hos præterea casus; aulæa ruant si
Ut modò: si patinam pede lapsus frangat Agaso.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adversæ nudare solent, celare secundæ.
Nasidienus ad hæc; tibi Di, quæcumque preceris,
Commoda dent; ita vir bonus es, convivaque comis.
Et soleas poscit. Tum in lecto quoque videres
Stridere secretâ divísos aure susurros.

HORATIUS.

Nullos his mallem ludos spectasse: sed illa
Redde, age, quæ deinceps risisti.

FUNDANIUS.

Vibidius dum
Quærit de pueris num sit quoque fracta lagena,
Quòd sibi poscenti non * dentur pocula; dumque
Ridetur fictis rerum, Balatrone secundo,
Nasidiene, redis mutatæ frontis, ut arte
Emendaturus Fortunam. Deinde secuti
Mazonomo pueri magno discerpta ferentes
Membra gruis sparsi sale multo, non sine farre;
Pinguibus et ficis pastum jecur anseris albi,
Et leporum avulsos, ut multò suavius, armos,
Quàm si cum lumbis quis edit. Tum pectore adu[s]
Vidimus et merulas poni, et sine clune palumbes
Suaves res, si non caussas narraret earum et
Naturas dominus: quem nos sic fugimus ulti,
Ut nihil omnínò gustaremus, velut illis
Canidia afflasset, pejor serpentibus * Afris.

QUINTI
HORATII FLACCI
EPISTOLARUM
LIBRI DUO.



QU:

Q. HORATII FLACCI
EPISTOLARUM
LIBER PRIMUS.

I. AD MÆCENATEM.

abjecto rerum ludicrarum studio, totum esse perdiscendæ philosophiæ deditum.

PRIMA dicte mihi, summâ dicende Camenâ,
spectatum satis et donatum jam rude quæris,
Mæcénas, iterum antíquo me includere ludo.
non eadem est ætas, non mens. Veianius, armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro,
ne populum extrémâ toties exoret arenâ.
est mihi purgatam crebrò qui personet aurem;
solve senescentem maturè sanus equum, ne
peccet ad extremum ridendus, et ilia ducat.
nunc itaque et versus et cætera ludicra pono.
quid verum atque decens, curo et rogo, et omnis in hoc sum:
condo et compono quæ mox depromere possim.
Ac ne fortè roges, quo me duce, quo lare tuter:
nullius addictus jurare in verba magistri,
quò me cumque rapit tempestas, deferor hospes.
nunc agilis fio, et mersor civilibus undis,*
virtutis veræ custos rigidusque satelles;
nunc in Aristippi furtim præcepta relabor.
hæc mihi res, * sed me rebus * subjungere conor,
Ut nox longa quibus mentitur amica, diesque *

Lenta videtur opus debentibus; ut piger annus
Pupillis quos dura premit custodia matrum;
Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quæ spem
Consiliumque morantur agendi gnaviter id quod
Æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè;
Æquè neglectum pueris senibusque nocebit.
Restat ut his ego me ipse regam solerque elementis
Non possis * oculo quantùm contendere Lynceus;
Non tamen iccircò contemnas lippus inungi:
Nec, quia despéres invicti membra Glyconis,
Nodosâ corpus nolis prohibêre * cheragrâ.
Est quâdam prodire tenus, si non datur ultra.
Fervet avaritiâ miseroque cupidine pectus?
Sunt verba et voces quibus hunc lenire * dolorem
Possis, et magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator?
Nemo adeò ferus est * ut non mitescere possit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
Virtus est vitium fugere; et sapientia prima
Stultitiâ caruisse. Vides, quæ maxima credis
Esse mala, exiguum censum turpemque repulsam,
Quanto devites animi capitisque * labore?
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per * saxa, per ignes?
Ne cures ea quæ stultè miraris et optas,
Discere, et * audire, et meliori credere non vis?
Quis circum pagos et circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia? Cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ?
Vilius argentum * est auro, virtutibus aurum.

; cives, quærenda pecunia primùm est;
ost nummos: hæc Janus summus ab imo*
et; hæc recinunt juvenes dictata senesque.
nus tibi, sunt mores, *est lingua fidesque, *
idringentis sex septem millia desunt,
ris. At pueri ludentes, REX ERIS, aiunt,
RÈ FACIES. Hic murus aëneus esto,
scire sibi; nullâ pallescere culpâ.
dic sodes, melior lex, an puerorum
uæ regnum rectè facientibus offert,
bus Curiis, et decantata Camillis?
i melius suadet, qui Rem facias; rem,
s, rectè; si non, quocumque modo rem,
iùs spectes lacrimosa poëmata Puppi:
Fortunæ te responsare superbæ
1 et erectum præsens hortatur et aptat?
l si me Populus Romanus fortè roget, cur
t porticibus, sic judiciis fruar isdem,
uar aut fugiam, quæ diligit ipse vel odit:
uod volpes ægroto cauta leoni
dit, referam: quia me vestigia terrent
te *advorsùm spectantia, nulla retrorsum.
multorum es capitum: nam quid sequar? aut quem?
minum gestit conducere publica: sunt qui*
et pomis viduas venentur avaras,
ntque senes quos in vivaria mittant:
occulto crescit res fenore. Verùm
is alios rebus studiisque teneri:
adem possunt horam durare probantes?
in orbe sinus Baiis prælucet amœnis,
dives; lacus et mare sentit amorem
ntis heri. Cui si vitiosa Libido

Fecerit auspicium; Cras ferramenta Teanum
Tolletis fabri. Lectus genialis in aulâ est?
Nil ait esse prius, melius nil cælibe vitâ:
Si non est, jurat benè solis esse maritis.
Quo teneam voltus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? Ride: mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonsores; conducto navigio æque
Nauseat ac locuples quem ducit priva triremis.
Si curtatus, inæquali tonsore *, capillos *
Occurro, rides: si fortè subucula pexæ
Trita subest tunicæ; vel si toga dissidet impar,
Rides. Quid mea quum pugnat sententia secum?
Quod petiit, spernit; repetit quod nuper omisit
Æstuat, et vitæ disconvenit ordine toto;
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis?
Insanire putas solemnia me, neque rides,
Nec medici credis nec curatoris egêre
A Prætore dati; rerum tutêla mearum
Quum sis, et pravè sectum stomacheris ob ungu
De te pendentis, te * respicientis amici.
Ad summam, Sapiens uno minor est Jove, dive
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum
Præcipuè sanus, nisi quum pituîta molesta est.

II. AD LOLLIUM.

Homêrum optimum esse Philosophiæ magistrum ostend hortaturque homines ad sapientiæ studium.

TROIANI belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi:
Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quic
Planiùs ac meliùs Chrysippo et Crantore dicit.

Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula, quâ Paridis propter narratur amorem
Græcia Barbariæ lento collisa duello,
Stultorum Regum et populorum continet æstus.
Antênor censet belli præcidere caussam.
Quid Paris? ut salvus regnet vivatque beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere lites
Inter Pelíden festînat et inter Atríden:
Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
Quidquid delirant Reges, plectuntur Achivi.
Seditione, dolis, scelere, atque libidine et irâ
Iliacos intra muros peccatur et extra.
Rursus quid virtus et quid sapientia possit,
Utile proposuit nobis exemplar Ulyssen:
Qui domitor Troiæ, multorum providus urbes
Et mores hominum inspexit; latumque per æquor,
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.
Sirenum voces et * Circæ pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub dominâ meretrîce fuisset turpis et excors,
Vixisset canis immundus, vel amîca luto sus.
Nos numerus sumus, et fruges consumere nati;
Sponsi * Penelopæ, nebulones, Alcinoique
In cute curandâ plus æquo operata juventus;
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, et
Ad strepitum citharæ * cessatum ducere * curam.
Ut jugulent * hominem surgunt de nocte latrones:
Ut te ipsum serves, non expergisceris? Atqui
Si noles sanus, * curres hydropicus: et, ni
Posces ante diem librum cum lumine; si non
Intendes animum studiis et rebus honestis;

Invidiâ vel amore vigil torquebere. Nam cur,
Quæ lædunt oculos, festínas demere? si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude;
Incipe. Vivendi qui rectè prorogat horam,
Rusticus exspectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, et labetur in omne volubilis ævum.
Quæritur argentum, puerisque beata creandis
Uxor, et incultæ pacantur vomere silvæ.
Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet.
Non domus et fundus, non æris acervus et auri
Ægroto domini * deduxit corpore febres,
Non animo curas. Valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti.
Qui cupit aut metuit, juvat illum sic domus * aut res,
Ut lippum pictæ tabulæ, * fomenta podagram,
Auriculas citharæ collectâ sorde dolentes.
Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.
Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas.
Semper avarus eget: certum voto pete finem:
Invidus alterius macrescit rebus opimis.
Invidiâ Siculi non invenêre tyranni
Majus tormentum. Qui non moderabitur * iræ,
Infectum volet esse dolor quod suaserit * et mens,
Dum pœnas odio per vim festînat inulto.
Ita furor brevis est: animum rege, qui nisi pâret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catenâ.
Fingit equum tenerâ docilem cervîce magister
Ire viam * quam monstret eques: venaticus, ex quo
Tempore cervînam pellem latravit in aulâ,
Militat in silvis catulus. Nunc * adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.

semel est imbuta recens, servabit odorem
diu. Quòd si cessas, aut strenuus anteis,
rdum opperior, nec præcedentibus insto.

III. AD JULIUM FLORUM.

Claudio Nerone et quisbusdam suis amicis interrogat, et ad sapientiæ studium hortatur.

Flore, quibus terrarum militet oris
ius Augusti privignus, * scire laboro:
me vos, Hebrusque nivali compede vinctus,
ta vicínas inter currentia * terras,
gues Asiæ campi collesque morantur?
studiosa cohors operum struit? Hæc quoque curo,
sibi res gestas Augusti scribere sumit?
quis et paces longum diffundit in ævum?
Titius Romana brevi venturus in ora?
ici fontis qui non expalluit haustus,
ire lacus et rivos ausus apertos.
et? ut meminit nostri? fidibusne Latinis
nos aptare modos studet, auspice Musâ?
gicâ desævit et ampullatur in arte?
nihi Celsus agit? monitus, multumque monendus,
as ut quærat opes, et tangere * vitet
Palatînus quæcumque recepit Apollo;
fortè suas repetîtum venerit olim
vium plumas, moveat cornicula risum
is nudata coloribus. Ipse quid audes?
circum volitas agilis thyma? non tibi parvum
um, non incultum est, * nec turpiter hirtum.
guam caussis acuis, seu civica jura
ndêre paras, seu condis amabile carmen,

Prima feres ederæ victrîcis præmia. Quòd si
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quò te cœlestis Sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli,
Si patriæ volumus, si nobis vivere cari.
Debes hoc etiam rescribere, si tibi curæ est,
Quantæ conveniat Munatius. An malè sarta
Gratia nequicquam coit, et rescinditur? At vos
Seu calidus sanguis, seu rerum inscitia vexat
Indomitâ cervîce feros, ubicumque locorum
Vivitis, indigni fraternum rumpere fœdus:
Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca.

IV. AD ALBIUM TIBULUM.

Eum laudat monetque ut ita vivat quasi quotidie moriturus

Albi, nostrorum Sermonum candide judex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedanâ?
Scribere quòd Cassî Parmensis opuscula vincat?
An tacitum silvas inter reptare salubres
Curantem quidquid dignum sapiente bonoque est?
Non tu corpus eras sine pectore. Dî tibi formam,
Di tibi divitias * dederunt artemque fruendi.
Quid voveat dulci nutricula majus alumno,
Quàm sapere et fari * ut possit quæ sentiat, et cui
Gratia, fama, valetudo contingat abundè,
Et mundus victus, non deficiente crumenâ?
Inter spem curamque, timores inter et iras,
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora.
Me pinguem et nitidum bene curatâ cute vises,
Cùm ridêre voles Epicúri de grege porcum.

V. AD TORQUATUM.

Invitat eum ad cœnam frugalem.

es * Archiacis convîva recumbere lectis,
ıdicâ cœnare times olus omne patellâ,
o te sole domi, Torquate, manebo.
bes iterum Tauro diffusa palustres
linturnas Sinuessanumque Petrinum.
ius quid habes, arcesse vel imperium fer.
um splendet focus et tibi munda supellex:
ɛves spes et certamina divitiarum,
chi caussam: cras nato Cæsare festus
ıiam somnumque dies; impunè licebit
n sermone benigno tendere noctem.
ihi * fortunas, si non conceditur uti?
ob heredis curam, nimiumque severus,
insano. Potare et spargere flores
n, patiarque vel inconsultus haberi.
on ebrietas * designat? operta recludit:
bet esse ratas: * in prœlia trudit inertem:
is animis onus eximit: addocet artes.
i calices quem non fecêre disertum?
ctâ quem non in paupertate solutum?
o procurare et idoneus imperor, et non
; ne turpe toral, ne sordida mappa
et nares; ne non et cantharus et lanx
at tibi te; ne fidos inter amicos
i dicta foras eliminet; ut coëat par
ırque pari. * Butram tibi Septiciumque,
cœna prior potiorque puella Sabinum
* assumam. Locus est et pluribus umbris:
nis arta premunt olidæ convivia capræ.

Tu quotus esse velis, rescribe, et, rebus omissis,
Atria servantem postico falle clientem.

VI. AD NUMICIUM.

Eum esse beatum dicit, qui nihil optet, nihil metuat: felicitatem in solâ virtute collocatam esse.

Nil admirari propè res est una, Numici,
Solaque, quæ possit facere et servare beatum.
Hunc Solem, et stellas, et decedentia certis
Tempora momentis, sunt qui formidine nullâ
Imbuti spectent. Quid censes munera terræ?
Quid maris extremos Arabas ditantis et Indos?
Ludicra quid? Plausus et amici dona Quiritis
Quo spectanda modo, quo sensu credis et ore?
Qui timet his adversa, ferè * miratur eodem
Quo cupiens pacto; pavor est * utrobique molestus:
Improvîsa simul species exterret utrumque.
Gaudeat an doleat, cupiat metuatne, quid ad rem?
Si, quidquid vidit melius pejusve suâ spe,
Defixis oculis animoque et corpore torpet?
Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Ultrà quàm satis est, virtutem si petat ipsam.
I nunc, argentum et marmor vetus, æraque, et artes
Suspice; cum gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude quòd * spectant oculi te mille loquentem;
Gnavus manè forum, et vespertînus pete tectum:
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus, et (indignum quod sit) pejoribus ortus
Hic tibi sit potiùs, quàm tu mirabilis illi.
Quidquid sub terrâ est, in aprîcum proferet ætas:
Defodiet condetque nitentia. Quum benè notum

Porticus Agrippæ, et via te conspexerit Appî;
Ire tamen restat Numa quò devênit et Ancus.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto,
Quærę fugam morbi. Vis rectè vivere? quis non?
Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis
Hoc age deliciis. Virtutem verba putes, et
Lucum ligna? cave ne portus occupet alter,
Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas.
Mille talenta rotundentur, totidem altera, porrò et
Tertia succedant, et quæ pars quadret acervum.
Scilicet uxorem cum dote, fidemque, et amicos,
Et genus, et formam, regîna Pecunia donat;
Ac bene nummatum decorat Suadêla Venusque.
Mancipiis locuples, eget æris Cappadocum rex:
Ne fueris hic tu. Chlamydes Lucullus, ut aiunt,
Si posset centum scenæ præbêre rogatus,
Quî possum tot? ait: tamen et quæram, et quot habebo
Mittam. Post paullò scribit sibi millia quinque
Esse domi chlamydum; partem, vel tolleret omnes.
Exîlis domus est, ubi non et multa supersunt,
Et dominum fallunt, et prosunt furibus. Ergo
Si res sola potest facere et servare beatum,
Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.
Si fortunatum species et gratia præstat,
Mercemur servum, qui dictet nomina; lævum
Qui fodiat latus, et cogat trans pondera dextram
Porrigere: Hic multum in Fabiâ valet, Ille Velinâ:
Cui libet hic fasces dabit, eripietque curule,
Cui volet, importunus ebur: FRATER, PATER, adde;
Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adopta.
Si bene qui cœnat, vivit bene; lucet, eamus
Quò ducit gula; piscemur, venemur; ut olim

Gargilius, qui manè plagas, venabula, servos,
Differtum transire forum * populumque jubebat,
Unus ut e multis, populo spectante, referret
Emtum mulus aprum: crudi, tumidique lavemur,
Quid deceat, quid non, obliti: Cerite cerâ
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Ulyssei,
Cui potior patriâ fuit interdicta voluptas.
Si (Mimnermus uti censet) sine amore jocisque
Nil est jucundum; vivas in amore jocisque.
Vive, vale. Si quid novisti rectius istis,
Candidus * imperti; si non, his utere mecum.

VII. AD MÆCENATEM.

Excusat se Mæcenati quòd ab Urbe tam diu absit; ejus in se beneficia commendat: sed libertatem omnibus amicorum donis anteponendam esse declarat.

QUINQUE dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextîlem totum mendax desideror. Atqui
Si me vivere vis sanum recteque valentem,
Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti,
Mæcénas, veniam, dum ficus prima calorque *
Designatorem decorat lictoribus atris;
Dum pueris omnis pater et matercula pallet;
Officiosaque sedulitas et opella forensis
Adducit febres et testamenta resignat.
Quòd si bruma nives Albanis illinet agris,
Ad mare descendet vates tuus, et sibi parcet,
Contractusque leget; te dulcis amice reviset
Cum Zephyris (si concedes) et hirundine prim[illegible].
Non, quo more piris vesci Calaber jubet hos[illegible]e
Tu me fecisti locupletem. Vescere sodes.

Jam satis est. At tu quantum vis tolle. Benignè.
Non invisa feres pueris munuscula parvis.
Tam teneor dono quàm si dimittar onustus.
Ut libet: hæc porcis hodie comedenda * relinques.
Prodigus et stultus donat quæ spernit et odit.
Hæc seges ingratos tulit, et feret omnibus annis.
Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus;
Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis.
Dignum præstabo me etiam pro laude merentis.
Quòd si me noles usquam discedere, reddes
Forte latus, nigros angustâ fronte capillos,
Reddes dulce loqui, reddes ridêre decorum.
Fortè per angustam tenuis * nitelula rimam
Repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra.
Cui mustéla procul, Si vis, ait, effugere istinc,
Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.
Hac ego si * compellor imagine, cuncta resigno.
Nec somnum plebis laudo satur altilium, nec
Otia divitiis Arabum liberrima muto.
Sæpè verecundum laudasti, *Rex*que *Pater*que
Audisti coram, nec * verbo parciùs absens:
Inspice, si possum donata reponere lætus.
Haud malè Telemachus, proles patientis * Ulyssei,
» Non est aptus equis * Ithace locus, ut neque planis
» Porrectus spatiis, nec multæ prodigus herbæ,
» Atríde, magis apta tibi tua dona * relinquam. »
Parvum parva decent: mihi jam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.
Strenuus et fortis, caussisque Philippus agendis
Clarus, ab officiis octavam circiter horam
Dum redit, atque foro nimium distare Carinas

Jam grandis natu queritur; conspexit, ut aiunt, *
Adrasum quemdam, vacuâ tonsoris in umbrâ
Cultello proprios * purgantem leniter ungues.
Demetri (puer hic non lævè jussa Philippi
Accipiebat) abi, quære, et refer unde domo, quis,
Cujus fortunæ, quo sit patre, quove patrono.
It, redit, et narrat, Vulteiium nomine Menam,
Præconem, tenui censu, sine crimine * notum,
Et properare loco, et cessare, et quærere, et uti,
Gaudentem parvisque sodalibus et Lare * certo,
Et ludis, et, post decîsa negotia, Campo.
Scitari libet ex ipso quodcumque refers: dic
Ad cœnam veniat. Non sanè credere Mena:
Mirari secum tacitus. Quid multa? *Benignè*
Respondet. * Negat ille mihi? Negat improbus, et te
Negligit aut horret. Vulteiium manè Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta Popello
Occupat, et salvêre jubet prior. Ille Philippo
Excusare laborem et mercenaria vincla,
Quod non manè domum venisset: denique quòd non
Providisset eum. Sic ignovisse putato
Me tibi, si cœnas hodie mecum. Ut libet. Ergo
Post nonam venies: nunc i, rem strenuus auge.
Ut ventum ad cœnam est, dicenda tacenda locutus,
Tandem dormîtum dimittitur. Hic ubi sæpe
Occultum visus decurrere piscis ad hamum,
Manè cliens, et jam certus convîva, jubetur
Rura suburbana indictis comes ire Latinis.
Impositus mannis arvum cœlumque Sabinum
Non cessat laudare. Videt ridetque Philippus:
Et, sibi dum requiem, dum risus undique quærit,
Dum septem donat sestertia, mutua septem

Promittit; persuadet uti mercetur agellum.
Mercatur. Ne te longis ambagibus ultra
Quàm satis est, morer; ex nitido fit rusticus, atque
Sulcos et vineta crepat mera; præparat ulmos;
Immoritur studiis, et amore senescit habendi.
Verùm ubi oves furto, morbo periêre capellæ,
Spem mentîta seges, bos est enectus arando;
Offensus damnis, mediâ de nocte caballum
Arripit, iratusque Philippi tendit ad ædes.
Quem simul adspexit scabrum intonsumque Philippus:
Durus, ait, Vultei, nimis attentusque videris
Esse mihi. Pol, me miserum, patrone, vocares,
Si velles, inquit, verum mihi *ponere nomen.
Quod te per Genium, dextramque Deosque Penates
Obsecro et obtestor, vitæ me redde priori.
Qui* semel adspexit, quantum dimissa petitis
Præstent, maturè redeat repetatque relicta.
Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

VIII. AD CELSUM ALBINOVANUM.

Scribit se minùs animo quàm corpore valere: monet amicum ut secundam fortunam modestè ferat.

Celso gaudêre et bene rem gerere Albinovano,
Musa rogata refer, comiti scribæque Neronis,
Si quæret quid agam; dic, multa et pulchra minantem,
Vivere nec rectè nec suaviter: haud quia grando
Contuderit vites, *oleamve momorderit æstus;
Nec quia longinquis armentum ægrotet in* arvis,
Sed quia, mente minùs validus quàm corpore toto,
Nil audire velim, nil discere, quod levet ægrum:
Fidis offendar medicis, irascar amicis,

Cur me funesto *properent arcêre veterno :
Quæ nocuêre sequar, fugiam quæ profore * credam?
Romæ Tibur amem ventosus, Tibure Romam.
Post hæc, ut valeat, quo pacto rem gerat et se;
Ut placeat Juveni, perconctare, * utque cohorti.
Si dicet, Rectè : primùm gaudêre, subinde
Præceptum auriculis hoc instillare memento ;
Ut tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.

IX. AD CLAUDIUM NERONEM.

Septimium ei commendat.

Septimius, Claudi, nimirùm intelligit unus,
Quanti me facias : nam quum rogat, et prece cogit
Scilicet, ut tibi se laudare et tradere coner
Dignum mente domoque legentis honesta Neronis,
Munere * quum fungi propioris censet amici :
Quid possim, videt, ac novit me valdiùs ipso.
Multa quidem dixi, cur excusatus abirem :
Sed timui mea ne finxisse minora putarer,
Dissimulator opis propriæ, mihi commodus uni.
Sic egò, majoris fugiens opprobria culpæ,
Frontis ad urbanæ descendi præmia. Quòd si
Depositum laudas ob amici jussa pudorem,
Scribe tui gregis hunc, et fortem crede bonumque.

X. AD FUSCUM ARISTIUM.

Rusticana vita laus, urbana incommoda.

Urbis amatorem Fuscum salvêre jubemus
Ruris amatores : hac in re scilicet unâ
Multum dissimiles, ad cætera pæne gemelli.

Frat-

Fraternis animis quicquid negat alter, et alter:
Annuimus pariter vetuli notique columbi.
Tu nidum servas: ego laudo ruris amœni
Rivos, et musco circumlita saxa nemúsque.
Quid quæris? vivo et regno, simul ista reliqui
Quæ vos ad cœlum * effertis rumore secundo:
Utque sacerdotis fugitivus, liba recuso;
Pane egeo jam mellítis potiòre placentis.
Vivere Naturæ si convenienter oportet,
Ponendæque domo quærenda est area primùm;
Novistíne locum potiorem rure beato?
Est ubi plus tepeant hiemes? ubi gratior aura
Leniat et rabiem Canis et momenta Leonis,
Quum semel accepit solem * furibundus acutum?
Est ubi * divellat somnos minùs invida Cura?
Deteriùs Libycis olet aut * nitet herba lapillis?
Purior * in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quàm quæ per pronum trepidat cum murmure rivum?
Nempe inter * Parias nutrîtur silva columnas,
Laudatúrque domus longos quæ prospicit agros.
Naturam expellas furcâ, tamen usque * recurret,
Et mala perrumpet furtim * fastidia victrix.
Non qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatem potantia vellera * fucum,
Certius accipiet damnum, * propiusve * medullis,
Quàm qui non poterit vero distinguere falsum.
Quem res plus nimio delectavêre secundæ,
Mutatæ quatient. Si quid mirabere, pones
Invîtus. Fuge magna: licet sub paupere tecto
Reges et regum vitâ præcurrere amicos.
Cervus equum pugnâ melior communibus herbis
Pellebat: donec minor in certamine longo *

Imploravit opes hominis, frenúmque recepit:
Sed postquam * victor violens discessit ab hoste,
Non equitem dorso, non frenum depulit ore.
Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
Serviet æternùm; quia parvo * nesciet uti.
Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet; si minor, uret.
Lætus sorte tuâ * vives sapienter, Aristi:
Nec me * dimittes incastigatum, ubi plura
Cogere quàm satis est ac non cessare videbor.
Imperat aut servit collecta pecunia cuique,
Tortum digna sequi potiùs quàm ducere funem.
Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ,
Excepto quòd non simul esses, cætera lætus.

XI. AD BULLATIUM.

Non assiduis locorum mutationibus vitæ felicitatem parari, sed ubivis rectè vivi ei qui ratione et prudentiâ ducitur.

Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos?
Quid concinna Samos? quid Crœsi regia Sardis?
Smyrna quid et Colophon? majora minorâne famâ?
Cunctane præ Campo et Tiberino flumine sordent?
An venit in votum Attalicis ex urbibus una?
An Lebedum laudas, odio maris atque viarum?
Scis Lebedus * quid sit: Gabiis desertior atque
Fidenis vicus; tamen illic vivere vellem;
Oblitusque meorum, obliviscendus et illis,
Neptùnum procul e terrâ spectare furentem.
Sed neque, qui Capuâ Romam petit imbre lutoque

rsus, volet in cauponâ vivere: nec qui
s collêgit, furnos et balnea laudat
ırtunatam plenè præstantia vitam:
si te validus jactaverit Auster in alto,
:o navem trans Ægeum mare vendas.
umi Rhodos et Mitylene pulchra facit quod
la solstitio, campestre nivalibus auris,
ırumam Tiberis, Sextíli mense camînus.
licet, * ac vultum servat Fortûna benignum,
ɛ laudetur Samos, et Chios, et Rhodos absens.
uamcumque Deus tibi fortunaverit horam
ì sume manu, * nec dulcia differ in annum: *
quocumque loco fueris, vixisse libenter
icas. Nam si ratio et prudentia curas,
locus effusi latè maris arbiter, aufert;
ım, non animum mutant, qui trans mare currunt.
ua nos exercet inertia: navibus atque
lrígis petimus bene vivere. Quod petis, hîc est:
Jlubris, animus si te non deficit æquus.

XII. AD ICCIUM.

monet, ut suo contentus sit: ejus frugalitatem ac 'osophiæ studium laudat: rogat ut Grosphum in 'cis numeret; denique de Romanis rebus, quæ tunc ıntur, eum obiter certiorem facit.

CTIBUS Agrippæ Siculis quos colligis, Icci,
ctè frueris, non est ut copia major
ove donari possit tibi. Tolle querelas:
er enim non est cui rerum suppetit usus.
ntri benè, si lateri est pedibusque tuis, nil
iæ poterunt regales addere majus.

Si fortè in medio positorum abstemius herbis
Vivis et urticâ, sic vives protinus ut te
Confestim liquidus Fortunæ rivus inauret:
Vel quia naturam mutare pecunia nescit,
Vel quia cuncta putas unâ virtute minora.
Miramur, si Democriti pecus edit agellos
Cultaque, dum peregrè est animus sine corpore velox
Quum tu inter scabiem * tantam et contagia lucri,
Nil parvum sapias, et adhuc sublimia cures?
Quæ mare compescant caussæ, quid temperet annum:
Stellæ sponte suâ, jussæne vagentur et errent:
Quid premat obscurum Lunæ, quid proferat orbem:
Quid velit et possit rerum concordia discors:
Empedocles, an * Stertinii deliret acumen.
Verùm seu pisces, seu porrum et cæpe trucidas.
Utere Pompeio Grospho: et si quid petet, ultrò
Defer. Nil Grosphus nisi verum orabit et æquum.
Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid deest.
Ne tamen ignores quo sit Romana loco res,
Cantaber Agrippæ, Claudî virtute Neronis
Armenius cecidit: jus imperiumque Phraates
Cæsaris accêpit genibus minor. Aurea fruges
Italiæ pleno * diffudit Copia cornu.

XIII. AD VINNIUM ASELLAM.

Eum admonet ut in offerendis suis Augusto Libellis rationem temporis ac decori habeat.

Ut proficiscentem docui te sæpè diuque,
Augusto * reddes signata volumina, Vinni,
Si validus, si lætus erit, si denique poscet.
Ne studio nostri pecces, odiumque libellis

Sedulus importes, operâ vehemente minister.
Si te fortè meæ gravis * uret sarcina chartæ,
Abjicito potiùs quàm, quò perferre juberis,
Clitellas ferus impingas, Asinæque paternum
Cognomen vertas in risum, et fabula fias.
Viribus utêris per clivos, flumina, lamas.
Victor propositi simul ac perveneris illuc,
Sic positum servabis onus, ne fortè sub alâ
Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum,
Ut vinosa glomos furtivæ * Pyrrhia lanæ,
Ut cum pileolo soleas convîva tribulis.
Ne volgo narres te sudavisse ferendo
Carmina, quæ * possunt oculos auresque morari
Cæsaris. Oratus multâ prece, nitere porro.
Vade, vale: cave ne titubes, mandataque frangas.

XIV. AD VILLICUM SUUM.

Villicum suum carpit, quòd urbanam vitam præferat rusticæ; cujus ipse quanto desiderio teneatur, ostendit.

VILLICE silvarum et mihi me reddentis agelli,
Quem tu fastîdis, habitatum quinque focis, et
Quinque bonos solitum Variam dimittere patres;
Certemus, spinas animone ego fortiùs, an tu
Evellas agro, et melior sit Horatius an res.
Me quamvis Lamiæ pietas et cura * moratur,
Fratrem mærentis, rapto de fratre dolentis
Insolabiliter; tamen istuc mens animusque
Fert, et amat spatiis obstantia rumpere claustra.
Rure ego viventem, tu dicis in Urbe beatum.
Cui placet alterius, sua nimirum est odio * sors:
Stultus uterque locum immeritum caussatur iniquè.

In culpa est animus, qui se non effugit umquam.
Tu mediastînus tacitâ prece rura petebas:
Nunc Urbem et ludos et balnea villicus optas.
Me constare mihi scis, et discedere tristem,
Quandocumque trahunt invîsa negotia Romam.
Non eadem miramur; eo disconvenit inter
Meque et te: nam quæ deserta et inhospita tesqua
Credis, amœna vocat mecum qui sentit, et odit
Quæ tu pulchra * vocas. Fornix tibi et uncta popina
Incutiunt Urbis desiderium, video, et quòd
Angulus iste feret piper et tus ociùs uvâ;
Nec vicîna subest vinum præbêre taberna
Quæ possit tibi; nec meretrix tibicina, cujus
Ad strepitum salias terræ gravis. Et tamen urges
Jampridem non tacta ligonibus arva: bovemque *
Dejunctum curas, et strictis frondibus * exples.
Addit opus pigro rivus, si decidit imber,
Multâ mole docendus aprîco parcere prato.
Nunc, age, quid nostrum concentum dividat, audi.
Quem tenues decuêre togæ nitidique capilli,
Quem scis immûnem Cynaræ placuisse rapaci,
Quem bibulum liquidi mediâ de * luce Falerni,
Cœna brevis juvat et propè rivum somnus in herba:
Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.
Non istic oblîquo oculo mea commoda quisquam
Limat; non odio obscuro morsuque venenat:
Rident vicîni glebas et saxa moventem.
Cum servis Urbana * diaria rodere * mavis:
Horum tu in numerum voto ruis. Invidet usum
Lignorum et pecoris tibi calo argutus, et horti.
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
Quam scit uterque, libens, censebo, exerceat artem.

XV. AD VALAM.

Veliam et Salernum valetudinis caussâ profecturus, quærit quæ sit regionis natura, quæ rerum copia ad lautè vivendum.

Quæ sit hiems Veliæ, quod cœlum, Vala, Salerni,
Quorum hominum regio, et qualis via (nam mihi Baiās
Musâ supervacuas Antonius, et tamen illis
Me facit invīsum, gelidâ quum perluor undâ
Per medium frigus. Sanè myrtêta relinqui,
Dictaque cessantem nervis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, invidus ægris
Qui caput et stomachum supponere fontibus audent
Clusínis, Gabiosque petunt et frigida rura.
Mutandus locus est, et diversoria nota
Præter agendus equus: Quò tendis? non mihi Cumas
Est iter aut Baiās: lævâ stomachosus habenâ
Dicet eques: sed * equi frenato est auris in ore.)
Major utrum populum frumenti copia pascat:
Collectosne bibant imbres, puteosne perennes *.
Dulcis aquæ: (nam vina nihil moror illius oræ.
Rure meo possum * quodvis perferre patique:
Ad mare quum * veni, generosum et lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe divite manet
In venas animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.)
Tractus uter plures lepores, uter educet apros,
Utra magis pisces et echínos æquora celent:
Pinguis ut inde domum possim Phæaxque reverti:
Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.
Menius, ut rebus maternis atque paternis
Fortiter absumtis, urbanus cœpit haberi;
Scurra vagus, non qui certum præsepe tenêret;

Impransus non qui civem dignosceret hoste;
Quælibet in quemvis opprobria fingere sævus;
Pernicies et tempestas barathrumque macelli;
Quicquid quæsierat, ventri donabat avaro.
Hic ubi nequitiæ fautoribus et timidis nîl
Aut paullum abstulerat, patinas cœnabat omasi
Vilis et agninæ, tribus ursis quod satis esset.
Scilicet ut ventres lamnâ candente nepotum
Diceret urendos, correctus. * Menius îdem,*
Quidquid erat nactus prædæ majoris, ubi omne
Verterat in fumum et cinerem: Non herculè miror
(Aiëbat) si qui comedunt bona: quum sit obeso
Nil melius turdo, nil vulvâ pulchrius amplâ.
Nimirum hic ego sum: nam tuta et parvula laudo
Quum res deficiunt, satis inter vilia fortis:
Verùm, ubi quid melius contingit et unctius, îdem
Vos sapere et solos aiò bene vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

XVI. AD QUINTIUM.

Agri sui formam, situm, commoda Quintio describit: eumque monet ut vir esse bonus quàm audire malit: quis vir sit bonus, fusè docet.

Ne percontêris, fundus meus, optime Quinti,
Arvo pascat herum, an baccis opulentet olivæ:
Pomisne * an pratis, an amictâ vitibus ulmo:
Scribetur tibi forma loquaciter et situs agri.
Continui montes, nisi dissocientur opacâ
Valle: sed ut veniens dextrum latus adspiciat sol,
Lævum * discedens curru fugiente vaporet.
Temperiem laudes. Quid si rubicunda * benignè

a vepres et pruna ferant? si quercus et ilex,
i fruge pecus, multâ dominum juvet umbrâ?
s adductum propiùs frondêre Tarentum.
etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec
dior Thracam, nec purior ambiat Hebrus:
no capiti fluit * utilis, utilis alvo.
atebræ dulces, etiam (si credis) amœnæ
lumem tibi me præstant Septembribus horis.
u rectè vivis, si curas esse quod audis.
mus jam pridem omnis te Roma beatum:
vereor, ne cui de te plus quàm tibi credas,
: putes alium sapiente bonoque beatum:
, si te populus sanum rectéque valentem
itet, occultam febrem sub tempus edendi
imules, donec manibus tremor incidat unctis.
LTORUM incurata pudor malus ulcera celat.
uis bella tibi terrâ pugnata marique
it, et his verbis vacuas * permulceat aures:
: *magis salvum populus velit, an populum Tu,*
et in ambiguo, qui consulit et Tibi et Urbi
iter; Augusti laudes agnoscere possis.
m * pateris sapiens emendatusque vocari,
ondesne tuo, dic sodes, nomine? Nempe
bonus et prudens dici delector. Ego * ac tu:
dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet: ut si
ulerit fasces indigno, detrahet îdem.
e, *meum est*, inquit: pono, tristisque recedo.
n si clamet furem, neget esse pudîcum,
tendat laqueo collum pressisse paternum;
dear opprobriis falsis, mutemque colores?
us honor juvat et mendax infamia terret
em? nisi mendosum et mendacem? Vir bonus est quis?

Servus : Habes pretium; loris non ureris, aiō.
Non hominem occídi : Non pasces in cruce cc
Sum bonus et frugi : Renuit,* negat atque Sab
Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterqu
Suspectos laqueos, et opertum miluus hamum
Oderunt peccare boni virtutis amore;
Tu nihil admittes in te, formidine pœnæ :
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.
Nam de mille fabæ modiis quum surripis unum
Damnum est, non facinus, mihi pacto lenius
Vir bonus, omne forum quem spectat et omne
Quandocumque Deos vel porco vel bove plac
Jane pater, clarè, clarè quum dixit, *Apollo :*
Labra movet, metuens audiri : *Pulchra Laverna*
Da mihi fallere, da * *justo sanctoque videri :*
Noctem peccatis et fraudibus objice nubem.
Quî melior servo, quî liberior sit avarus,
In triviis fixum quum se demittit ob assem,
Non video. Nam qui cupiet, metuet quoque :
Qui metuens vivit, liber mihi non erit umquar

Vir bonus et sapiens * audebit dicere, Pentheu,
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum * coges. Adimam bona. Nempe pecus, rem,
Lectos, argentum? Tollas licet. In manicis et
Compedibus sævo te sub custode tenebo.
Ipse Deus, simul atque * volam, me solvet. Opinor, *
Hoc sentit, MORIAR. Mors ultima linea rerum est.

XVII. AD SCÆVAM.

Monet illum, quâ ratione potentiorum amicitiæ colendæ sint, quarum et magnam utilitatem et difficilem culturam esse docet.

QUAMVIS, Scæva, satis per te tibi consulis, et scis
Quo tandem pacto deceat majoribus uti;
Disce, docendus adhuc, quæ censet amiculus: ut si
Cæcus iter monstrare velit. Tamen adspice, si quid
Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur.
Si te grata quies et primam somnus in horam
Delectat; si te pulvis strepitusque rotarum,
Si lædit caupona; Ferentînum ire jubebo.
Nam neque divitibus contingunt gaudia solis,
Nec vixit malè, qui natus moriensque fefellit.
Si prodesse tuis, paulloque benigniùs ipsum
Te tractare voles; accedes siccus ad unctum.
Si prandêret olus patienter, Regibus uti
Nollet Aristippus. Si sciret Regibus uti, *
Fastidiret olus qui me notat. Utrius horum
Verba probes et facta, doce: vel, junior audi
Cur sit Aristippi potior sententia. Namque
Mordacem Cynicum sic eludebat (ut aiunt:)
Scurror ego ipse mihi, populo tu. Rectius hoc et

Splendidius multò est. Equus ut me portet, alat rex
Officium facio. Tu poscis vilia * rerum,
Dante minor, quamvis fers te nullîus egentem.
Omnis Aristippum decuit color, et status, et res
Tentantem majora, ferè præsentibus æquum.
Contrà, quem duplici panno Patientia velat,
Mirabor vitæ via si conversa decebit.
Alter purpureum non * exspectabit amictum,
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet,
Personamque feret non inconcinnus utramque:
Alter Mileti textam cane pejus et angue
Vitabit chlamydem: morietur frigore, si non
Retuleris pannum. Refer, et sine vivat ineptus.
Res gerere et captos ostendere civibus hostes,
Attingit solium Jovis, et cœlestia tentat.
Principibus placuisse viris non ultima laus est.
Non cuivis homini contingit adire Corinthum.
Sedit, qui timuit ne non succederet: esto.
Quid? qui pervênit, fecítne viriliter? atqui
Hìc est, aut nusquam, quod quærimus. Hic onus hor
Ut parvis animis et parvo corpore majus:
Hic subit * ac perfert. Aut virtus nomen inane est,
Aut decus et pretium rectè petit experiens vir.
Coram rege * sua de paupertate tacentes,
Plus poscente ferent. Distat, sumasne pudenter
An rapias. Atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
INDOTATA mihi soror est, paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus,
Qui dicit: clamat, VICTUM * dato: succinit alter:
ET * MIHI * Dividuo findatur munere quadra.
Sed tacitus pasci posset si corvus, habêret
Plus dapis, et rixæ multò minus invidiæque.

Brundusium comes aut Surrentum ductus amœnum,
Qui queritur salebras et acerbum frigus et imbres,
Aut cistam effractam et subducta viatica plorat;
Nota refert meretrîcis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis : uti mox
Nulla fides damnis verisque doloribus adsit.
Nec semel irrîsus triviis attollere curat
Fracto crure planum, licet illi plurima mânet
Lacrima; per sanctum *juratus dicat Osirim,
Credite : non ludo : crudeles tollite claudum.
Quære peregrînum : vicinia * rauca reclamat.

XVIII. AD LOLLIUM.

Quomodo colenda sit, maximè virorum principum, amicitia.

Si benè te novi, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis speciem præbêre, professus amicum.
Ut matrona meretrîci dispar erit atque
Discolor, infîdo scurræ distabit amicus.
Est huic diversum vitio vitium propè majus,
Asperitas agrestis et inconcinna gravisque,
Quæ se intonsâ commendat cute, dentibus atris;
Dum volt libertas dici mera, veraque virtus.
Virtus est medium vitiorum et utrimque reductum.
Alter, in obsequium plus æquo pronus, et imi
Derîsor lecti, sic * nutum divitis horret,
Sic iterat voces, et verba cadentia tollit,
Ut puerum sævo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.
Alter * rixatur de lanâ sæpe caprinâ,
Propugnat nugis armatus. Scilicet, ut non
Sit mihi prima fides, et verè quod placet, ut non

Acriter elatrem, pretium ætas altera sordet.
Ambigitur quid enim? Castor sciat, an *Dolichos
Brundusium *Numici meliùs via ducat, an Appî.
Quem damnosa Venus, quem præceps alea nuda
Gloria quem supra vires et vestit et ungit,
Quem tenet argenti sitis importuna famesque,
Quem paupertatis pudor et fuga; dives amicus
Sæpe decem vitiis instructior, odit et horret.
Aut, si non odit, regit; ac veluti pia mater
Plus quàm se sapere et virtutibus esse priorem
Volt, et ait propè vera: MEÆ (contendere noli)
Stultitiam patiuntur opes: tibi parvola res est.
Arcta decet sanum comitem toga: desine mecum
Certare. Eutrapelus cuicumque nocêre volebat,
Vestimenta dabat pretiosa. Beatus enim jam
Cum pulchris tunicis sumet nova consilia et spes:
Dormiet in lucem: scorto postponet honestum
Officium: nummos alienos pascet: ad imum
Thrax erit, aut olitoris aget mercêde caballum.
Arcanum nec tu *scrutaberis Illius umquam:
Commissumque teges et vino tortus et irâ.
Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes:
Nec quum venari volet ille, poëmata panges.
Gratia sic fratrum geminorum, Amphîonis atque
Zethi dissiluit: donec suspecta severo
Conticuit lyra. Fraternis cessisse putatur
Moribus Amphîon: tu cede potentis amici
Lenibus imperiis; quotiesque edûcet in agros*
Ætólis onerata plagis jumenta canesque,
Surge, et inhumanæ senium depone Camenæ,
Cœnes ut pariter pulmenta laboribus emta.
Romanis solemne viris opus, utile famæ,

eque et membris: præsertim quum valeas, et
cursu superare canem vel viribus apr um
sis. Adde, virilia quòd speciosiùs arma
1 est qui tractet. Scis, quo clamore coronæ
elia sustineas campestria. Denique sævam
itiam puer et Cantabrica bella tulisti,
duce qui templis Parthorum signa * refixit, *
nunc, si quid abest, Italis adjudicat armis.
, ne te retrahas et inexcusabilis absis:
uamvis nil extra numerum fecisse modumque
ras) interdum nugaris rure paterno.
tîtur lintres exercitus: Actia pugna
duce per pueros hostíli more refertur.
versarius est frater: lacus Adria: donec
erutrum velox Victoria fronde * coronet.
nsentire suis studiis qui crediderit te,
ıtor utroque tuum laudabit pollice ludum.
Protinus ut moneam, (siquid monitoris eges tu)
iid de quoque viro, et cui dicas, sæpe videto.
:contatorem fugito, nam garrulus idem est:
c retinent patulæ commissa fideliter aures:
semel emissum volat irrevocabile verbum.
Non ancilla tuum jecur ulceret ulla, puerve
ra marmoreum venerandi limen amici:
dominus pueri pulchri caræve puellæ
mere te parvo beet, aut incommodus angat.
Qualem commendes etiam atque etiam adspice; ne mox
:utiant aliêna tibi peccata pudorem.
limur et quondam non dignum tradimus: ergo
ıem sua culpa * premet, deceptus omitte tueri:
penitus notum, si tentent crimina, serves,
terisque tuo fidentem præsidio, qui

Dente Theonino quum circumroditur, ecquid
Ad te post paullò ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur, paries quum proximus ardet;
Et neglecta solent incendia sumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus * metuit. Tu, dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi:
Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi:
Potores bibuli mediâ de nocte Falerni
Oderunt porrecta negantem pocula: quamvis
Nocturnos jures te formidare * vapores.
Deme supercilio nubem: plerumque modestus
Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
Inter cuncta leges et percontabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter ævum; *
Ne te semper inops agitet vexetque cupido, *
Ne pavor, et rerum mediocriter utilium spes:
Virtutem doctrîna paret, Naturane donet:
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum:
Quid purè tranquillet; honos, an dulce lucellum,
An secretum iter, et fallentis semita vitæ.
Me quoties reficit * gelidus Digentia * rivus,
Quem Mandélæ bibit, rugosus frigore pagus:
Quid sentire putas? quid credis, amice, precari?
Sit mihi qnod nunc est, etiam minus: ut mihi vivat
Quod superest ævi, si quid superesse volunt Dii.
Sit bona librorum et provisæ frugis in annum
Copia: ne fluitem dubiæ spe pendulus horæ.
Hæc satis est orare Jovem, * qui donat et aufert:
Det vitam, det opes: æquum mî animum ipse parat

XIX. AD MÆCENATEM.

Poëtas eo carpit, quod aliorum pravi esse imitatores gestiant: cur sua carmina non adeò quibusdam placeant, docet.

PRISCO si credis, Mæcénas docte, Cratino,
Nulla placêre diu, nec vivere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus. Ut malè sanos
Adscripsit Liber Satyris Faunisque poëtas,
Vina ferè dulces oluérunt manè Camenæ.
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus:
Ennius ipse pater numquam, nisi potus, ad arma
Prosiluit dicenda. FORUM PUTEALQUE LIBONIS
MANDABO SICCIS; ADIMAM CANTARE SEVERIS:
Hoc simul *edixi, non cessavêre poëtæ
Nocturno certare mero, putêre diurno.
Quid? si quis voltu torvo ferus et pede nudo,
Exiguæque togæ simulet * textore Catonem;
Virtutemne repræsentet moresque Catonis?
Rupit Iarbítan Timagenis æmula lingua,
Dum studet urbanus tenditque disertus haberi.
Decipit exemplar vitiis imitabile. Quod si
Pallêrem casu, biberent exsangue cuminum.
O imitatores servum pecus, ut mihi sæpe
Bilem, sæpe jocum vestri movêre tumultus!
Libera per vacuum posui vestigia princeps:
Non aliena meo pressi pede. Qui sibi fidit,
Dux regit examen. Parios ego primus iambos
Ostendi Latio, numeros animosque secutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben.
Ac ne me foliis ideo brevioribus ornes,
Quod timui mutare modos et carminis artem:
Temperat Achilochi Musam pede mascula Sappho,

Temperat Alcæus : sed rebus et ordine dispar,
Nec socerum quærit, quem versibus oblinat atris,
Nec sponsæ laqueum famoso carmine nectit.
Hunc ego non alio dictum priùs ore, Latinis
Volgavi fidicen. Juvat immemorata ferentem
Ingenuis oculisque legi manibusque teneri.
Scire velis mea cur ingratus opuscula lector
Laudet ametque domi, premat extra limen iniquus?
Non ego ventosæ plebis suffragia venor
Impensis cœnarum et tritæ munere vestis :
Non ego nobilium scriptorum audîtor et ultor,
Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor:
Hinc illæ lacrimæ. SPISSIS indigna theatris
Scripta pudet recitare, et nugis addere pondus,
Si dixi : Rides, ait, et Jovis auribus ista
Servas : fidis enim manare poëtica mella
Te solum : tibi pulcher. Ad hæc ego naribus uti
Formîdo, et, luctantis acuto ne secer ungui,
DISPLICET iste locus, clamo, et diludia * posco ;
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram ;
Ira truces inimicitias et funebre bellum.

XX. AD LIBRUM SUUM.

Librum suum in vulgus prodire cupientem monitis ac mandatis instruit.

VERTUMNUM Janumque, Liber, spectare vidêris :
Scilicet ut prostes Sosiorum pumice mundus.
Odisti claves et grata sigilla pudico ;
Paucis ostendi gemis, et communia laudas.
Non ita nutrîtus. Fuge quò * discedere gestis.
Non erit emisso reditus tibi. Quid miser egi ?

Quid volui? dices, ubi quis te læserit. Et scis
In breve te cogi, quum plenus languet amator.
Quòd si non odio peccantis desipit augur,
Carus eris Romæ, donec te * deseret ætas.
Contrectatus ubi manibus sordescere volgi
Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes,
Aut fugies Uticam, aut * victus mittêris Ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus; ut ille,
Qui malè parentem in rupes detrusit asellum
Iratus: quis enim invitum servare laboret?
Hoc quoque te manet, ut pueros elementa docentem
Occupet extremis in vicis balba senectus.
Quum tibi sol tepidus plures admoverit aures,
Me libertíno natum patre, et in tenui re
Majores pennas nido extendisse, loquêris;
Ut quantum generi demas, virtutibus addas.
Me primis Urbis belli placuisse domique,
Corporis exigui, præcanum, Solibus aptum,
Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.
Fortè meum si quis te * percontabitur ævum,
Me quater undénos sciat implevisse Decembres;
Collêgam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Q. HORATII FLACCI
EPISTOLARUM
LIBER SECUNDUS.

I. AD AUGUSTUM.

Imperatorem laudat, ac de Poësi variè disserit.

QUUM tot sustineas et tanta negotia solus,
Res Italas armis tutêris, moribus ornes,
Legibus emendes; in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.
Romulus, et Liber pater, et cum Castore Pollux
Post ingentia facta, Deorum in templa recepti,
Dum terras hominumque colunt genus, aspera bella
Componunt, agros assignant, oppida condunt;
Ploravêre suis non respondêre favorem
Speratum meritis. Diram qui contudit hydram,
Notaque fatali portenta labore subegit,
Comperit Invidiam supremo fine domari.
Urit enim fulgore suo, qui prægravat artes
Infra se positas: extinctus amabitur îdem.
Præsenti tibi maturos largîmur honores,
Jurandasque tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hoc Populus sapiens et justus in uno
Te nostris ducibus, te Graïis anteferendo;
Cætera nequaquam sin ili ratione modoque
Æstimat, et, nisi quæ terris semota, suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit et odit.

Sic fautor veterum, ut tabulas peccare vetantes,
Quas bis quinque viri sanxérunt, fœdera regum
Vel Gabiis, vel cum regidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annosa volumina vatum,
Dictitet Albano Musas in monte locutas.
Si, quia Græcorum sunt antiquissima quæque
Scripta vel optima, Romani pensantur eâdem
Scriptores trutinâ: non est quòd multa loquamur:
Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.
Venimus ad summum fortunæ: pingimus, atque
Psallimus et luctamur Achivis * doctiùs unctis.
Si meliora dies, ut vina, poëmata reddit,
Scire velim pretium chartis quotus arroget annus
Scriptor abhinc annos centum qui decidit, inter.
Perfectos * veteresque referri debet? an inter
Viles atque novos? excludat jurgia finis.
Est vetus atque probus, centum qui perficit annos.
Quid? * qui deperiit minor uno mense vel anno,
Inter quos referendus erit? veteresne poëtas?
An quos et præsens et postera * respuet ætas?
Iste quidem veteres inter ponetur honestè,
Qui vel mense brevi vel toto est junior anno.
Utor permisso, caudæque pilos ut equinæ
Paullatim vello, et demo unum, demo * etiam unum:
Dum * cadat elusus ratione ruentis acervi
Qui redit ad fastos, et virtutem æstimat annis,
Miraturque nihil nisi quod Libitîna sacravit.
Ennius, et sapiens et fortis, et alter Homerus,
Ut Critici dicunt, leviter curare videtur
Quò promissa cadant et somnia Pythagorea.
Nævius in manibus non est, * et mentibus hæret
Pæne recens: adeò sanctum est vetus omne poëma.

Hos edidit, et nos arcto stipata theatro
Spectat Roma potens : habet hos numeratque
Ad nostrum tempus Livî scriptoris ab ævo.
Interdum volgus rectum videt ; est ubi pec
Si veteres ita miratur laudatque poëtas,
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, erra
Si quædam nimis antîquè, si pleraque durè
Dicere* credit eos, ignavè multa fatetur,
Et sapit, et mecum facit, et Jove judicat æq
Non equidem insector,* delendaque carmir
Esse reor, memini quæ plagosum mihi parvo
Orbilium dictare : sed emendata videri,*
Pulchraque, et exactis* minimum distantia, r
Inter quæ verbum emicuit si fortè decorum,
Si versus paullo concinnior unus et alter,
Injustè totum ducit venditque poëma.
Indignor quicquam reprehendi, non quia cras
Compositum illepidéve putetur, sed quia nu
Nec veniam antîquis, sed honorem et præmia
Rectè necne crocum floresque perambulet
Fabula, si dubitem, clament periisse pudore
Cuncti pæne patres, ea quum reprehendere c
Quum gravis Æsopus, quum doctus Rosçius ex

Quod mecum ignorat, solus volt scire videri,
Ingeniis non ille favet plauditque sepultis,
Nostra sed impugnat, nos nostraque lividus odit.
Quòd si tam Græcis novitas invîsa fuisset
Quàm nobis, quid nunc esset vetus, aut quid haberet
Quod legeret tereretque viritim publicus usus?
Ut primùm positis nugari Græcia bellis
Cœpit, et in vitium Fortunâ labier æquâ,
Nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum:
Marmoris aut eboris fabros aut æris amavit:
Suspendit pictâ * voltum mentemque tabellâ:
Nunc tibicinibus, nunc est gavîsa tragœdis:
Sub nutrîce puella velut si luderet infans;
Quod cupidè petiit, maturè plena reliquit.
Quid placet aut odio est quod non mutabile credas?
Hoc paces habuêre bonæ ventique secundi.
Romæ dulce diu fuit et solemne reclusâ
Manè domo vigilare, clienti * promere jura:
Cautos nominibus certis expendere nummos,
Majores audire, minori dicere per quæ
Crescere res posset, minui damnosa libido.
Mutavit mentem Populus levis, et calet uno
Scribendi studio. Pueri patresque severi,
Fronde comas vincti, cœnant et carmina * dictant.
Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere versus,
Invenior Parthis mendacior; et, prius orto
Sole vigil, calamum et chartas et scrinia posco.
Navem agere ignarus navis timet: abrotonum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod melicorum est,
Promittunt melici: tractant fabrilia fabri:
Scribimus indocti doctique poëmata passim.
Hic error tamen et levis hæc insania quantas

Virtutes habeat, sic collige: Vatis avarus
Non temere est animus: versus ama:, hoc studet unum:
Detrimenta, fugas servorum, incendia ridet:
Non fraudem socio puerove incogitat ullam
Pupillo: vivit siliquis et pane secundo:
Militiæ quamquam piger et malus, utilis Urbi.
Si das hoc, parvis quoque rebus magna juvari,
Os tenerum pueri balbumque poëta figurat:
Torquet ab obscenis jam nunc sermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Asperitatis et invidiæ * corrector et iræ:
Rectè facta refert: orientia tempora notis
Instruit exemplis: inopem solatur et ægrum.
Castis cum pueris ignara puella mariti *
Disceret unde preces, vatem ni Musa dedisset?
Poscit opem chorus, et præsentia numina sentit:
Cœlestes implorat aquas doctâ prece blandus:
Avertit morbos, metuenda pericula pellit:
Impetrat et pacem et locuplêtem frugibus annum.
Carmine Dî superi placantur, carmine Manes.
Agricolæ prisci, fortes, parvoque beati,
Condita post frumenta, levantes tempore festo
Corpus, et ipsum animum spe finis dura ferentem;
Cum sociis operum, et pueris, et conjuge fida,
Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,
Floribus et vino Genium memorem brevis ævi.
Fescennîna per hunc invecta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit,
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter, donec jam sævus apertam
In rabiem verti cœpit jocus, et per honestas
Ire domos impunè minax: doluêre cruento

lacessíti: fuit intactis quoque cura
tione super communi: quin etiam lex
que * lata, malo quæ nollet carmine quemquam
ibi. Vertêre * modum, formidine fustis,
ne dicendum delectandumque redacti.
a capta ferum victorem cepit, et artes
t agresti Latio. Sic horridus ille
dit numerus Saturnius; et grave virus
itiæ pepulêre: sed in longum tamen ævum
érunt, hodieque manent vestigia ruris.
enim Græcis admovit acumina chartis,
st Punica bella quietus quærere cœpit
Sophocles et Thespis et Æschyllus utile ferrent.
vit quoque rem si dignè vertere posset:
icuit sibi, naturâ sublimis et acer:
spirat tragicum satis, et feliciter audet,
urpem putat * inscitè metuitque lituram.
editur ex medio quia res arcessit, habêre
is minimum: sed habet Comœdia tanto
oneris quanto veniæ minus. Adspice Plautus
pacto partes * tutetur amantis ephebi;
tris attenti, lenonis ut insidiosi:
tus sit * Dossennus edacibus in parasitis;
n non adstricto percurrat pulpita socco.
t enim nummum in loculos demittere, post hoc
us cadat an recto stet fabula talo.
uem tulit ad scenam ventoso Gloria curru,
inat lentus spectator, sedulus inflat:
ve, sic parvum est, animum quod laudis avarum
iit aut reficit. Valeat res ludicra, si me
a negata macrum, donata reducit opimum.
pe etiam audacem fugat hoc terretque poëtam,

Quòd numero plures, virtute et honore minores,
Indocti stolidique, et depugnare parati,
Si discordet eques, media inter carmina poscunt
Aut ursum aut pugiles: his nam plebecula *gaudet.
Verùm equitis quoque jam migravit ab aure voluptas
Omnis ad *incertos oculos et gaudia vana.
Quattuor aut plures aulæa premuntur in horas,
Dum fugiunt equitum turmæ peditumque catervæ;
Mox trahitur manibus Regum fortuna retortis;
Esseda festînant, pilenta, petorrita, naves:
Captîvum portatur ebur, captîva Corinthus.
Si foret in terris, ridêret Democritus, seu
Diversum confusa genus panthêra camelo,
Sive elephas albus volgi converteret ora.
Spectaret Populum ludis attentiùs ipsis,
Ut sibi præbentem mimo spectacula plura:
Scriptores autem narrare putaret asello
Fabellam surdo. Nam quæ pervincere voces
Evaluêre sonum, referunt quem nostra theatra?
Gargânum mugire putes nemus, aut mare Tuscum,
Tanto cum strepitu ludi spectantur et artes
Divitiæque peregrînæ. Quibus oblitus *actor*
Quum stetit in scena, concurrit dextera lævæ.
Dixit adhuc aliquid? Nil sanè. Quid placet ergo?*
Lana Tarentîno violas imitata veneno.
Ac ne forte putes me, quæ facere ipse recusem,
Quum rectè tractent alii, laudare malignè;
Ille per*extentum funem mihi posse videtur
Ire poëta, meum qui pectus inaniter angit,
Irrîtat, mulcet, *falsis terroribus implet
Ut magus, et modò me Thebis, modò ponit Athenis.
Verùm age, et his qui se lectori credere malunt,

Quàm spectatoris fastidia ferre superbi,
Curam redde brevem, si munus Apolline dignum
Vis complêre libris, et vatibus addere calcar,
Ut studio majore petant Helicona virentem.
Multa quidem nobis facimus mala sæpe poëtæ,
(Ut vinêta egomet cædam mea) quum tibi librum
Sollicito damus aut fesso; quum lædimur, unum
Si quis amicorum est ausus * reprehendere versum:
Quum loca jam recitata revolvimus irrevocati;
Quum lamentamur, non apparêre labores
Nostros, et tenui deducta poemata filo;
Quum speramus * eò rem venturam, ut simul atque
Carmina rescieris nos fingere, commodus ultro *
Arcessas, et egêre vetes, et scribere cogas.
Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales
Ædituos habeat belli spectata domique
Virtus, indigno non committenda poëtæ.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui versibus et malè natis
Retulit acceptos, regale * numisma, Philippos.
Sed veluti tractata notam labemque remittunt
Atramenta, ferè scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. Idem rex ille poëma
Qui tam ridiculum tam carè prodigus emit,
Edicto vetuit, ne quis se, præter * Apellen,
Pingeret, aut alius Lysippo * duceret æra
Fortis Alexandri voltum simulantia. Quòd si
Judicium subtîle videndis artibus illud
Ad libros et ad hæc Musarum dona vocares,
Bœôtum in crasso jurares aëre natum.
At neque dedecorant tua de se judicia atque
Munera, quæ multâ dantis cum laude tulerunt

Dilecti tibi Virgilius Variusque poëtæ:
Nec magis expressi voltus per aënea signa,
Quàm per vatis opus mores animique virorum
Clarorum, appárent: nec sermones ego mallem
Repentes per humum, * quàm res componere gestas,
Terrarumque situs et flumina dicere, et arces
Montibus impositas, et barbara regna, tuisque
Auspiciis totum confecta duella per orbem;
Claustraque custodem Pacis cohibentia Janum;
Et formidatam Parthis te principe Romam;
Si, quantum cuperem, possem quoque. Sed neque parvum
Carmen Majestas recipit tua, nec meus audet
Rem tentare pudor quam vires ferre * recusent.
Sedulitas autem stultè, quem diligit, urget;
Præcipuè quum se numeris commendat et arte.
Discit enim citiùs, meminitque libentius illud
Quod quis derîdet, quàm quod probat et veneratur.
Nil moror officium, quod me gravat; ac neque ficto
In pejus voltu proponi cereus usquam,
Nec pravè factis decorari versibus opto;
Ne rubeam pingui donatus munere, et unà
Cum scriptore meo, capsâ porrectus apertâ;
Deferar in vicum vendentem tus et odores,
Et piper, et quicquid chartis amicîtur * ineptis.

II. AD JULIUM FLORUM.

Excusat se quòd ei nec Epistolam, nec ea quæ promiserat carmina, misisset: variasque affert rationes, cur in scribendis versibus negligentior sit.

FLORE, bono claroque fidelis amice Neroni,
Si quis fortè velit puerum tibi vendere natum
Tibure vel Gabiis, et tecum sic agat: » Hic et
» Candidus, et talos a vertice pulcher ad imos:
» Fiet eritque tuus nummorum millibus octo.
» Verna ministeriis ad nutus aptus heriles;
» Literulis Græcis imbutus, idoneus arti
» Cuilibet: argillâ quidvis * imitaberis udâ:
» Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti.
» Multa fidem promissa levant, ubi pleniùs æquo
» Laudat venales, qui volt * extrudere, merces:
» Res urget me nulla; meo sum pauper in ære.
» Nemo hoc mangônum faceret tibi: non temerè a me
» Quivis ferret idem. Semel hic cessavit, et (ut fit)
» In scalis latuit metuens pendentis habenæ: »
Des nummos, excepta nihil te si fuga lædat;
Ille * ferat pretium, pœnæ securus, opinor:
Prudens emisti vitiosum; dicta tibi est lex:
Insequeris tamen hunc, et lite moraris iniquâ.
Dixi me pigrum proficiscenti tibi: dixi
Talibus officiis propè mancum; ne mea sævus
Jurgares ad te quòd epistola nulla * veniret.
Quid tum profèci, mecum facientia jura
Si tamen attentas? Quereris super hoc etiam, quòd
Exspectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta viatica multis
Ærumnis, * lassus dum noctu stertit, ad assem

Perdiderat. Post hoc vehemens lupus, et sibi et hosti
Iratus pariter, jejunis dentibus acer,
Præsidium regale loco dejêcit (ut aiunt)
Summè muníto, et multarum divite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur * honestis:
Accipit et bis dena super sestertia nummûm.
Fortè sub hoc tempus castellum * evertere Prætor
Nescio * quod cupiens, hortari cœpit eumdem
Verbis, quæ timido quoque possent addere mentem.
» I bone quò virtus tua te vocat: i pede fausto,
» Grandia laturus meritorum præmia. Quid stas? »
Post hæc ille catus, quantumvis rusticus, » Ibit,
» Ibit eò quò vis, qui zonam perdidit, » inquit.
Romæ nutríri mihi contigit, atque doceri.
Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles:
Adjecêre bonæ paullò plus arris Athenæ;
Scilicet ut possem curvo dignoscere rectum,
Atque inter silvas Académi quærere verum.
Dura sed * emovêre loco me tempora grato:
Civilisque rudem belli tulit æstus in arma
Cæsaris Augusti non responsura lacertis.
Unde simul primùm me * dimisêre Philippi,
Decísis humilem pennis, inopemque paterni
Et Laris et fundi; paupertas * impulit audax
Ut versus facerem. Sed, quod non desit habentem
Quæ poterunt umquam satis * expurgare cicutæ,
Ni melius dormire putem quàm scribere versus?
Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuêre jocos, Venerem, convivia, ludum:
Tendunt extorquêre poëmata. Quid * faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur amantque:
Carmine tu gaudes: hic delectatur Iambis;

Ille Bioneis sermonibus et sale nigro.
Tres mihi convívæ propè dissentire videntur,
Poscentes vario multùm diversa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis * quod tu jubet alter.
Quod petis, id sanè est invîsum acidumque duobus.
Præter cætera, * me Romæne poëmata censes
Scribere posse inter tot curas totque labores?
Hic sponsum vocat, hic audîtum scripta, relictis
Omnibus officiis. Cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Aventíno: visendus uterque.
Intervalla vides humanè commoda. Verùm *
Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet.
Festînat calidus mulis gerulisque redemtor:
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum: *
Trístia robustis luctantur funera plaustris:
Hàc rabiosa fugit canis, hàc lutulenta ruit sus.
I nunc, et versus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit * urbes,
Ritè cliens Bacchi somno gaudentis et umbrâ:
Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos
Vis canere, et * contracta sequi vestigia vatum?
Ingenium, sibi * qui vacuas desumsit Athenas,
Et studiis annos septem dedit, insenuitque
Libris, * Mercurii statuâ taciturnius exit
Plerumque, et risu Populum quatit: hîc ego rerum
Fluctibus in mediis, et tempestatibus Urbis,
Verba lyræ motura sonum connectere digner?
Frater erat Romæ consulti rhetor; * ut alter
Alterius sermone meros audiret honores;
Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mucius ille.
Quî minùs argutos vexat furor iste poëtas?
Carmina compono, hic elegos: mirabile visu!

Cælatumque novem Musis opus. Adspice primùm
Quanto cum fastu, quanto molimine circum-
spectemus vacuam Romanis vatibus ædem.
Mox etiam (si forte * vacas) sequere, et procul audi
Quid ferat, et * quare sibi nectat uterque coronam.
Cædimur, et totidem plagis consumimus hostem,
Lento Samnítes ad lumina prima duello.
Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis nisi Callimachus? si plus adposcere vis is,
Fit Mimnermus, et optívo cognomine crescit.
Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,
Quum scribo et supplex Populi suffragia capto:
Idem, finítis studiis et mente receptâ,
Obtúrem patulas impunè legentibus aures.
Ridentur mala qui componunt carmina: verùm
Gaudent scribentes, et se venerantur, et ultrò,
Si taceas, laudant, quicquid scripsêre, beati.
At qui legitimum cupiet fecisse poëma,
Cum tabulis animum censoris sumet honesti:
Audebit quæcumque parum splendoris habebunt,
Et sine pondere erunt, et honore indigna * ferentur,
Verba movêre loco, quamvis invîta recedant,
Et versentur adhuc * intra penetralia Vestæ.
Obscurata diu Populo bonus eruet, atque
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum,
Quæ priscis memorata Catonibus atque Cethegis
Nunc situs informis premit et deserta vetustas:
Adsciscet nova quæ genitor produxerit usus.
Vehemens et liquidus, puroque simillimus amni,
Fundet opes, Latiumque beabit divite linguâ:
Luxuriantia compescet, nimis aspera sano
Lævabit cultu, virtute carentia tollet:

Luden

Ludentis speciem dabit, et torquebitur, ut qui
Nunc * Satyrum, nunc agrestem Cyclôpa movetur.
Prætulerim scriptor delîrus inersque videri,
Dum mea delectent mala me, vel denique fallant,
Quàm sapere et ringi. Fuit haud ignobilis * Argis,
Qui se credebat miros audire tragœdos,
In vacuo lætus sessor plausorque theatro:
Cætera qui vitæ servaret munia recto
More: bonus sanè vicînus, amabilis hospes,
Comis in uxorem: posset qui ignoscere servis,
Et signo læso non insanire lagenæ:
Posset qui rupem et puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curisque refectus,
Expulit elleboro morbum, bilemque meraco,
Et rediit ad se, » Pol, me occîdistis amici,
» Non servastis, ait, cui sic * extorta voluptas,
» Et demtus per vim mentis gratissimus error ».
Nimîrum sapere est abjectis utilè nugis,
Et tempestîvum pueris * concedere ludum,
Ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis;
Sed veræ numerosque modosque ediscere vitæ.
Quocirca mecum loquor hæc, tacitusque recordor:
Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ,
Narrares medicis: * quòd, quantò plura parasti,
Tantò plura cupis, nulline faterier audes?
Si volnus tibi, monstratâ radîce vel herbâ,
Non fieret levius; fugeres radîce vel herbâ
Proficiente nihil curarier. Audieras, cui
Rem Dî donarent, illi decedere * pravam
Stultitiam: et, quum sis nihilo sapientior ex quo
Plenior es, tamen utêris * monitoribus îsdem?
At si divitiæ prudentem reddere possent,

Si cupidum timidumque minus * te; nempe ruberes,
Viveret in terris te si quis avarior uno.
Si proprium est quod quis librâ * mercatus et ære est,
Quædam (si credis consultis) mancipat usus:
Qui te pascit ager, tuus est: et villicus Orbî,
Quum segetes occat, tibi mox frumenta * daturas,
Te dominum sentit. Das nummos: accipis uvam,
Pullos, ova, cadum temeti. Nempe modo isto
Paullatim mercaris agrum, fortasse trecentis,
Aut etiam supra, nummorum millibus emtum.
Quid refert, vivas numerato nuper an olim?
Emtor Aricíni quondam Veientis et arvi,
Emtum cœnat olus; quamvis aliter putat: emtis
Sub noctem gelidum lignis calefactat ahenum.
Sed vocat usque suum, quà populus adsita certis
Limitibus vicîna * refigit jurgia: tamquam
Sit proprium * cuiquam, puncto quod mobilis horæ,
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc * morte suprema,
Permutet dominos, et * cedat in altera jura. *
Sic, quia perpetuus nulli datur usus, et heres
Heredem alterius, velut unda supervenit undam:
Quid * vici prosunt aut horrea? quidve Calabris
Saltibus adjecti Lucani, si metit Orcus
Grandia cum parvis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas,
Argentum, vestes Getúlo murice tinctas,
Sunt qui non habeant, est qui * non * curat habere.
Cur alter fratrum cessare et ludere et ungi
Præferat Herôdis palmétis pinguibus; alter
Dives et importunus, ad umbram lucis ab ortu,
Silvestrem flammis et ferro mitiget * agrum:
Scit Genius natale comes qui temperat astrum,

Naturæ Deus humanæ, mortalis in unum
Quodque caput, voltu mutabilis, albus et ater.
Utar, et ex modico, quantum res poscet, acervo
Tollam, nec metuam quid de me judicet heres,
Quòd non plura datis invenerit: et tamen îdem
Scire volam, quantum simplex hilarisque nepoti
Discrepet, et quantum discordet parcus avaro.
Distat enim, spargas tua prodigus, an neque sumtum
Invîtus facias, neque plura parare labores;
Ac potiùs, puer ut festis Quinquatribus, olim
Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.
Pauperies immunda *procul procul absit: ego, utrum
Nave ferar magnâ an parvâ, ferar unus et îdem.
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo;
Non tamen adversis ætatem ducimus * Austris:
Viribus, ingenio, specie, virtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis usque priores.
Non es avarus: abi. Quid? cætera jam simul isto
Cum vitio fugêre? Caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine et irâ?
Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos Lemures, portentaque Thessala rides;
Natales gratè numeras? ignoscis amicis?
Lenior * et melior fis accedente senectâ?
Quid te exemta juvat spinis de pluribus una?
Vivere si rectè nescis, decêde peritis.
Lusisti satis, edisti satis atque bibisti:
Tempus abire tibi est; ne potum largiùs æquo
Rideat et pulset lascîva * decentiùs ætas.

Q. HORATII FLACCI

ARS POETICA.

AD PISONES.

HUMANO capiti cervîcem pictor equinam
Jungere si velit, et varias inducere * plumas
Undique * collatis membris; * aut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa supernè:
Spectatum admissi risum teneatis amici?
Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum
Persimilem, cujus velut ægri somnia, vanæ *
Fingentur species; ut nec pes nec caput uni
Reddatur formæ. Pictoribus atque poëtis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissi
Sed non ut placidis coëant immitia; non ut
Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
Incœptis gravibus plerumque et magna professis
Purpureus, latè qui splendeat, unus et alter
Assuitur pannus: quum lucus et ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen * Rhenum, aut pluvius describitur arcu
Sed nunc non erat his locus: et fortasse cupressum
Scis simulare. Quid hoc? si fractis enatat * exspes
Navibus, ære dato qui pingitur? amphora cœpit
Institui, currente rotâ cur urceus exit?
Denique sit * quod vis, simplex dumtaxat et unum.
Maxima pars vatum (Pater, et Juvenes patre dig
Decipimur specie recti. Brevis esse laboro,

Obscurus fio: sectantem * lævia nervi
Deficiunt * animique: professus grandia turget:
Serpit humi tutus nimiùm timidusque * procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphìnum silvis appingit, fluctibus aprum.
In VITIUM ducit culpæ fuga, si caret arte.
Æmilium circa ludum faber * unus et ungues
Exprimet, et molles imitabitur ære capillos:
Infelix operis summâ, quia ponere totum *
Nesciet. Hunc ego me, si quid componere curem,
Non magis esse velim, quàm * pravo vivere naso,
Spectandum nigris oculis nigroque capillo.
Sumite materiem vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, et versate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri. Cui lecta * potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit et venus (aut ego fallor)
Ut jam * nunc dicat jam * nunc debentia dici,
Pleraque differat, et præsens in tempus omittat.
In verbis etiam tenuis cautusque * serendis,
Hoc amet, hoc spernat promissi carminis * auctor.
Dixeris egregiè, notum si callida verbum
Reddiderit junctura novum. Si fortè necesse est
Indiciis monstrare recentibus abdita rerum, *
Fingere cinctutis non exaudìta Cethegis
Continget: dabiturque licentia sumta pudenter;
Et nova * fictaque nuper habebunt verba fidem, si
Græco fonte * cadant, parcè detorta. Quid autem
Cæcilio Plautoque * dabit Romanus ademtum
Virgilio * Varioque? ego, cur acquirere pauca
Si possum, invideor? quum lingua Catonis et Ennî
Sermônem patrium ditaverit, et nova rerum

Nomina protulerit? licuit, semperque Licebit
Signatum præsente notâ * producere nomen.
Ut silvæ foliis pronos * mutantur in annos, *
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent modò nata, vigentque.
Debemur morti nos nostraque, sive receptus
Terrâ Neptunus classes Aquilonibus arcet,
Regis opus, sterilisve palus * priùs, * aptaque remis,
Vicínas urbes alit, et grave * sentit aratrum;
Seu cursum mutavit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius. Mortalia * facta peribunt;
Nedum sermonum stet honos et gratia * vivax.
Multa renascentur, quæ jam cecidêre, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si * volet usus,
Quem penes arbitrium est et * jus et norma loquendi.
Res gestæ regumque ducumque, et tristia bella,
Quo scribi possent numero, monstravit Homerus.
Versibus impariter junctis querimonia primùm,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.
Archilochum proprio rabies armavit iambo.
Hunc socci cepêre pedem grandesque cothurni,
Alternis aptum sermonibus, et populares
Vincentem strepitus et natum rebus agendis.
Musa dedit fidibus Divos, puerosque Deorum,
Et pugilem victorem et equum certamine primum,
Et juvenum curas, et libera vina referre.
Descriptas servare vices operumque colores
Cur ego si nequeo ignoroque, poëta salutor?
Cur nescire pudens pravè, quàm discere mâlo?
Versibus exponi tragicis res comica non volt:

Indignatur item privatis ac propè socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.
Singula quæque locum teneant sortîta * decenter.
Interdum tamen et vocem Comœdia tollit,
Iratusque Chremes tumido delitigat ore.
Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri
Telephus et Peleus; quum pauper et exsul uterque, *
Projicit ampullas et sesquipedalia verba,
Si * curat cor spectantis tetigisse querelâ.
Non satis est * pulchra esse poemata: dulcia sunto,
Et quocumque volent, animum auditoris agunto.
Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent
Humani voltus. Si vis me flêre, dolendum est
Primùm ipsi tibi: tunc tua me infortunia lædent.
Telephe vel Peleu, malè si mandata loquêris,
Aut dormitabo, aut ridebo. Tristia mæstum
Voltum verba decent: iratum plena minarum:
Ludentem lascîva: severum * seria dictu.
Format enim Natura priùs nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: juvat aut impellit ad iram,
Aut * ad humum mærore gravi deducit et angit:
Post effert animi motus interprete linguâ.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani * tollent equites peditesque cachinnum.
Intererit multum * Divusne loquatur * an Heros:
Maturusne senex, an adhuc florente juventâ
Fervidus: * an matrona potens, an sedula nutrix:
Mercatorne vagus, cultorne virentis agelli;
Colchus an Assyrius; Thebis nutrîtus an * Argis.
Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge
Scriptor. * Homerêum si fortè reponis Achillem;
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,

Jura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
Sit Medêa ferox invictaque, flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.
Siquid inexpertum scenæ committis, et audes
Personam formare novam, servetur ad imum
Qualis ab incepto processerit, et sibi constet.
Difficile est propriè * communia dicere: tuque
Rectiùs Iliacum carmen deducis in actus,
Quàm si proferres ignota indictaque primus.
Publica materies privati juris erit, si
Nec circa vilem patulumque moraberis orbem,
Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres; nec desilies imitator in arctum,
Unde pedem * referre pudor vetet aut operis lex.
Nec sic incipies, ut scriptor * cyclius olim,
FORTUNAM PRIAMI CANTABO ET NOBILE BELLUM
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? *
Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.
Quanto rectiùs hic qui nîl molîtur ineptè:
Dic mihi Musa virum, captæ post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit et urbes.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare * lucem
Cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
Antiphaten Scyllamque, et cum Cyclôpe Charybdin.
Nec reditum Diomêdis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troiânum ordîtur ab ovo.
Semper ad eventum festînat, et in medias res
Non secus ac notas, auditorem rapit, et quæ
Despêrat tractata nitescere posse, relinquit:
Atque ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet imum.
Tu, quid ego, et Populus mecum * desideret, audi.

Si plausoris eges aulæa manentis, et usque
Sessuri, donec cantor, VOS PLAUDITE, dicat;
Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor* maturis dandus et annis.
Reddere qui voces jam scit puer, et pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, et iram
Colligit ac ponit temerè, et mutatur in horas.*
Imberbus juvenis, tandem custôde remoto,
Gaudet equis canibusque, et apríci gramine campi.
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus provîsor, prodigus æris,
Sublîmis cupidusque, et amata relinquere pernix.
Conversis studiis, ætas animusque virilis
Quærit opes et amicitias, inservit honori;
Commisisse cavet quod mox mutare laboret.
Multa senem circumveniunt incommoda; vel quòd
Quærit, et inventis miser abstinet* ac timet uti:
Vel quòd res omnes timidè gelidèque ministrat,
Dilator, spe* lentus, iners, *pavidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero,* castigator censorque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. Ne fortè seniles
Mandentur juveni partes, pueroque viriles;
Semper in adjunctis ævoque morabimur aptis.
Aut agitur res in scenis, aut acta refertur.
Segniùs irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus, et quæ
Ipse sibi tradit spectator.* Non tamen intus
Digna geri promes in scenam; multaque tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens.
Nec pueros coram populo Medêa trucîdet,

Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus;
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem:
Quodcumque ostendis mihi sic, incredulus odi.
Neve minor neu sit quinto productior actu
Fabula, quæ posci volt, et spectata reponi.
Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit: nec quarta loqui persôna laboret. *
Actoris partes chorus officiumque virile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat et hæreat aptè.
Ille bonis faveatque et consilietur * amicè,
Et regat iratos, et amet pecare timentes:
Ille dapes laudet mensæ brevis, ille salubrem
Justitiam, legesque et apertis otia portis:
Ille tegat commissa, Deosque precetur et oret,
Ut redeat miseris, * abeat Fortuna superbis.
Tibia non, ut nunc, orichalco * vincta, tubæque
Æmula; sed tenuis simplexque, foramine * pauco
Adspirare, et adesse choris erat utilis, atque
Nondum spissa nimis complêre sedilia flatu,
Quò sanè Populus numerabilis, ut pote parvus
Et frugi, castusque verecundusque * coïbat.
Post quàm cœpit agros extendere victor, et Urbe
Latior amplecti murus, vinoque diurno
Placari Genius festis impunè diebus;
Accessit numerisque modisque licentia major.
Indoctus quid enim saperet, liberque laborum,
Rusticus urbano confusus, turpis honesto?
Sic priscæ motumque et luxuriam addidit arti
Tibîcen: traxitque vagus per pulpita vestem:
Sic etiam fidibus voces crevêre severis,
Et tulit eloquium insolitum facundia præceps;

Utiliumque sagax rerum, et divîna futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.
Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudavit, et asper
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quòd
Illecebris erat et gratâ novitate morandus
Spectator, functusque sacris, et potus et exlex.
Verùm ità risores, ita commendare dicaces
Conveniet Satyros, ita vertere seria ludo;
Ne, quicumque Deus, quicumque adhibebitur Heros,
Regali conspectus in auro nuper et ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas;
Aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.
Effutîre leves indigna Tragœdia versus:
Ut festis matrôna moveri jussa diebus,
Intererit Satyris paullum pudibunda protervis.
Non ego inornata et dominantia nomina solùm
Verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo: *
Nec sic enîtar tragico differre colori,
Ut nihil intersit Davusne loquatur et audax.
Pythias emuncto lucrata Simone talentum,
An custos famulusque dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen sequar; ut sibi quivis
Speret idem, sudet multùm, frustraque laboret
Ausus idem; tantum series juncturaque pollet:
Tantum de medio sumtis accedit honoris.
Silvis deducti caveant, me judice, Fauni
Ne, velut innati triviis ac pænè forenses,
Aut nimiùm teneris juvenentur versibus umquam,
Aut immunda crepent ignominiosaque dicta.
Offenduntur enim, quibus est equus et pater et res:
Nec, si quid fricti ciceris probat et nucis emtor,

Æquis accipiunt animis, donantve coronâ.
Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus:
Pes citus; unde etiam trimetris * accrescere jussit
Nomen Iambeïs, quum senos reddetet ictus,
Primus ad extrêmum similis sibi. Non ita pridem,
Tardior ut paullò graviorque veniret ad aures,
Spondéos stabiles in jura paterna recepit
Commodus et patiens; non ut de sede secundâ
Cederet aut quartâ socialiter. Hic et in Accî
Nobilibus trimetris apparet rarus et Ennî.
In scenam * missus magno cum pondere versus,
Aut operæ celeris nimiùm curâque carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Non quivis videt immodulata poëmata judex:
Et data Romanis venia est indigna poëtis.
Iccircone vager, scribamque licenter? an omnes
Visuros peccata putem mea, tutus et intra
Spem veniæ cautus? Vitavi denique culpam,
Non laudem merui. Vos exemplaria Græca
Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.
At nostri proavi Plautínos et numeros et
Laudavêre sales: nimiùm patienter utrumque, *
Non dicam stultè, mirati: si modò ego et vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto,
Legitimumque sonum digitis callemus et aure.
Ignotum tragicæ genus invenisse Camenæ
Dicitur, et plaustris * vexisse * poëmata Thespis *
Qui canerent agerentque, peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ pallæque repertor honestæ
Æschylus et modicis instravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Successit vetus his Comœdia, non sine multa

Laude : sed in vitium libertas excidit et vim
Dignam lege regi. Lex est accepta, chorusque
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.
Nil intentatum nostri liquêre poëtæ :
Nec minimum meruêre decus vestigia Græca
Ausi deserere, et celebrare domestica facta ;
Vel qui prætextas vel qui docuêre togatas.
Nec virtute foret clarisve potentius armis
Quàm linguâ Latium, si non offenderet unum
Quemque poëtarum limæ labor et mora. Vos ô
Pompilius sanguis carmen reprehendite, quod non
Multa dies et multa litura coercuit, atque
Præsectum decies non castigavit ad unguem.
Ingenium miserâ quia fortunatius arte
Credit, et excludit sanos Helicone poëtas
Democritus, bona pars non ungues ponere curat,
Non barbam : secrêta petit loca, balnea vitat.
Nanciscetur enim pretium nomenque poëtæ,
Si tribus Anticyris caput insanabile numquam
Tonsori Licino commiserit. O ! ego lævus,
Qui purgor bilem sub verni temporis horam.
Non alius faceret meliora poëmata : verùm
Nil tanti est.* Ergo fungar vice côtis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exsors ipsa secandi.
Munus et officium, nîl scribens ipse, docebo :
Unde parentur opes ; quid alat formetque poëtam ;
Quid deceat, quid non ; quò virtus, quò ferat error.
Scribendi rectè sapere est et principium et fons.
Rem tibi Socraticæ poterunt ostendere chartæ :
Verbaque provîsam rem non invîta sequentur.
Qui didicit patriæ quid debeat, et quid amicis ;
Quo sit amore parens, quo frater amandus et hospes ;

Quod sit Conscripti, quod judicis officium; quæ
Partes in bellum missi ducis; ille profectò
Reddere persónæ scit convenientia cuique.
Respicere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, et * vivas hinc ducere voces.
Interdum speciosa * locis, morataque rectè
Fabula, nullius veneris, sine pondere et arte,
Valdiùs oblectat Populum, meliusque moratur
Quàm versus inopes rerum, nugæque canoræ.
Graïis ingenium, Graïis dedit ore rotundo
Musa loqui, * propter laudem nullîus avaris.
Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum diducere. Dicat
Filius Albíni, si de quincunce remota est
Uncia, quid * superet? » * Poteras dixisse, Triens. Et
» Rem poteris servare tuam. Redit uncia: quid fit?
» Semis. » * An, hæc animos ærûgo et cura peculî
Quum semel imbuerit, * speremus carmina fingi
Posse linenda cedro, et lævi servanda cupresso?
Aut prodesse volunt, aut delectare poëtæ,
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitæ.
Quidquid præcipies, esto brevis: ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
Ficta voluptatis caussâ sint proxima veris;
Nec quodcumque volet, poscat sibi fabula credi;
Neu pransæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.
Centuriæ seniorum agitant expertia frugis,
Celsi prætereunt austêra poëmata Ramnes:
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci
Lectorem delectando, pariterque monendo.
Hic meret æra liber Sosiis: hic et mare transit,
Et longum noto scriptori prorogat ævum.

Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velîmus:
Nam neque chorda sonum reddit quem volt manus et mens,
Poscentique gravem persæpe remittit acûtum:
Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.
Verùm ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. Quid ergo?
Ut scriptor si peccat idem librarius usque,
Quamvis est monitus, veniâ caret; et citharœdus
Ridetur, chordâ qui semper oberrat eâdem;
Sic mihi, qui multum cessat, fit Chœrilus ille,
Quem bis terve bonum cum risu miror, et îdem
Indignor, quandoque bonus dormîtat Homerus.
Verùm * operi longo fas est obrepere somnum.
Ut pictura poësis: erit quæ, si propiùs stes,
Te * capiat magis, et quædam, si longiùs abstes.
Hæc amat obscurum, volet hæc sub luce videri,
Judicis argutum quæ non formîdat acumen.
Hæc placuit semel, hæc decies repetîta placebit.
O major juvenum, quamvis et voce paternâ
Fingeris ad rectum, et per te sapis, hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium et tolerabile rebus
Rectè concedi. Consultus juris, et actor
Causarum mediocris, abest virtute diserti
Messallæ, nec scit quantùm Cascellius Aulus:
Sed tamen in pretio est. Mediocribus esse poëtis
Non * Dî, non homines, non concessêre columnæ.
Ut gratas inter mensas symphonia discors,
Et crassum unguentum, et Sardo cum melle papaver,
Offendunt, poterat duci quia cœna sine istis;
Sic animis natum inventumque poëma juvandis,
Si paullum a summo discessit, vergit ad imum.

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis;
Indoctusque pilæ discive trochive quiescit,
Ne spissæ risum tollant impunè coronæ.
Qui nescit, versus tamen audet fingere. Quidni?
Liber et ingenuus, præsertim census equestrem
Summam nummorum, vitioque remotus ab omni.
Tu nihil invîtâ dices faciesve Minervâ:
Id tibi judicium est, ea mens. Si quid tamen olim
Scripseris, in Metii descendat judicis aures,
Et Patris et nostras, nonumque prematur in annum
Membranis intus positis, delêre licebit
Quod non ederis: nescit vox missa reverti.
Silvestres homines sacer interpresque Deorum
Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus:
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones.
Dictus et Amphîon Thebanæ conditor arcis
Saxa movêre sono testudinis, et prece blandâ
Ducere quò vellet. Fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere, sacra profanis;
Concubitu prohibêre vago, dare jura maritis;
Oppida molîri; leges incidere ligno.
Sic honor et nomen divînis vatibus atque
Carminibus vênit. Post hos insignis Homerus,
Tyrtæusque mares animos in Martia bella
Versibus exacuit. Dictæ per carmina sortes,
Et vitæ monstrata via est, et gratia Regum
Pieriis tentata modis, ludusque repertus,
Et longorum operum finis, ne fortè pudori
Sit tibi Musa lyræ sollers, et cantor Apollo.
Naturâ fieret laudabile carmen an arte,
Quæsîtum est. Ego nec studium sine divite venâ,
Nec rude quid prosit video ingenium: alterius sic

Alte

Altera poscit opem res, et conjurat amicè.
Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, sudavit et alsit;
Abstinuit venere et vino. Qui Pythia cantat
Tibîcen, didicit priùs extimuitque magistrum.
Nunc satis est dixisse, Ego mira poëmata pango;
Occupet extremum scabies: mihi turpe relinqui est,
Et quod non didici, sanè nescire fateri.
Ut præco, ad merces turbam qui cogit emendas,
Assentatores jubet ad lucrum ire Poëta
Dives agris, dives positis in fenore nummis.
Si verò est unctum qui rectè ponere possit,
Et spondêre levi pro paupere, et eripere atris
Litibus implicitum; mirabor si sciet inter-
noscere mendacem, verumque beatus amicum.
Tu seu donâris, seu quid donare voles cui,
Nolîto ad versus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ: clamabit enim, PULCHRÈ! BENE! RECTÈ!
Pallescet; super his etiam stillabit amicis
Ex oculis rorem; saliet, tundet pede terram.
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: sic
Derîsor vero plus laudatore movetur.
Reges dicuntur multis urgêre culullis
Et torquêre mero, quem perspexisse * laborant
An sit amicitiâ dignus: si carmina condes,
Numquam te fallant animi sub volpe latentes.
Quinctilio si quid recitares, *Corrige, sodes,*
Hoc, aiëbat, *et hoc*: melius te posse negares;
Bis terque expertum frustrà: delêre jubebat,
Et malè * formatos incúdi reddere versus.
Si defendere delictum quàm vertere malles; *
Nullum ultrà verbum, aut operam sumebat inanem,

Quin sine rivali teque et tua solus amares.
Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes
Culpabit duros; incomtis allinet atrum
Transverso calamo signum; ambitiosa recîdet
Ornamenta; parum claris lucem dare coget;
Arguet ambiguè dictum; mutanda notabit:
Fiet Aristarchus, nec dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? Hæ nugæ seria ducent
In mala derîsum semel, exceptumque sinistrè.
Ut mala quem scabies aut morbus regius urget,
Aut fanaticus error, et iracunda Diana;
Vesanum tetigisse timent fugiuntque poëtam
Qui sapiunt; agitant pueri, incautique sequuntur.
Hic, dum * sublîmis versus ructatur et errat,
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foveamve; licèt SUCCURRITE longum
Clamet IO CIVES, non sit qui tollere curet:
Si quis curet opem ferre et demittere funem,
*Qui * scis an prudens huc se * dejecerit, atque*
Servari nolit? Dicam Siculique poëtæ
Narrabo interitum. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Insiluit. Sit jus liceatque perire poëtis:
Invîtum qui servat, idem facit occîdenti.
Nec semel hoc fecit, nec si retractus erit, jam
Fiet homo, et ponet famosæ mortis amorem.
Nec satis appâret cur versus * dictitet; utrum
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Moverit incestus: certè furit; ac velut ursus
Objectos caveæ valuit si frangere clathros,
Indoctum doctumque fugat recitator acerbus;
Quem verò arripuit, tenet occîditque legendo,
Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

FINIS.

VARIÆ LECTIONES

HORATIANÆ.

NOMINUM COMPENDIA

uibus usus sum in varietate lectionum indicandâ.

ACR. Acro (Helenius) vetus Horatii interpres.
ASCENS. Ascensius (Jodocus Badius) typographus siensis doctissimus, Horatium commentariis illu- rit, et septies excûdit.
AXT. Baxterus (Willielmus) Anglus, vir doctus n literis et puerorum institutione consenuit : dedit cem Horatium cum scholiis partim veterum Gram- corum, partim suis. Londini 1701. *in*-8°.
BELLOV. Bellovacensis codex Horatii, venerandæ quitatis, Capitulo Bellovacensi ab Joscelino Abe- i magistro donatus : hujus mihi copiam fecit vir anissimus D. *Danse* Canonicus Bellovacensis.
BENTL. Bentleius (Richardus) professor Cantabri- sis, Horatium notis et emendationibus illustravit.
BERSM. Bersmanus (Greg.) Germanus, Horatium bliis illustravit cum variis lectionibus sex codicum. siæ 1616. *in*-12°.
CANT. Canterus (Theodôrus) Belga doctissimus, tulit non nullos Horatii codices manuscriptos.
CERUT. Cerutus (Federîcus) Veronensis, Horatium aphrasi illustravit. Veronæ *in*-4°, 1585.
CHABOT. Chabotius (Petr. Gualterus) Picto, homo ditissimus, Horatium triplici commentario Dialectico, mmatico et Rhetorico illustravit. *in*-f°. Coloniæ natianæ (Lugduni) 1612.
COD. codex. CODD. codices.
COLL. SAX. *Collatio Saxiana.* Id nomen est syllogæ iantium Lectionum quas Chr. *Saxius*, Germanus doc- simus, descripserat de exemplo Cuningamianæ editio- cui illas alleverat Cortius e Vinariensi et Lipsiensi

codicibus; item ex alio Maittairianæ editionis cui docta manus codicum IX lectiones commiserat.

CRUQ. Cruquius (Jacob.) Messenius, Horatium cum veteribus commentariis edidit, optimis idem instructus mss. decem; adjecit ipse bonæ frugis commentarios. *in*-4°. Lugd. Bat. 1597.

CUN. Cuningamius (Alexander) nobilis Scotus, Horatii poemata ex antíquis codd. et certis observationibus emendavit, variasque scriptorum et impressorum lectiones adjecit, *in*-8°. Lond. 1721.

DAC. Dacerius (Andreas) Horatium Gallicè vertit; optimisque commentariis auxit.

Ed. Editio. Edd. editiones.

FAB. Faber (Tanaquillus) Cadomæus, professor Salmuriensis, Grammaticus mirè sagax, Horatium cum notulis edidit, Salmurii, 1671. *in*-12°.

FABR. Fabricius (Georgius) Germanus, Horatium notis et lectionum varietate illustravit, anno 1555.

FRANEK. Franekerranus manuscriptus eximius.

GESN. Gesnerus (Jo. Matthias) Germanus doctissimus, Baxterianam editionem tertiam publicavit, et varietate lectionum suisque observationibus auxit, *in*-8°. Lipsiæ, 1752.

GLAR. Glareanus (Henrîcus Loritius) magni Erasmi discipulus, philologus ipse doctissimus, Horatium notis illustravit.

GOTT. Gottingensis Academiæ codex, bonæ notæ et optimarum plerumque partium.

HEINS. Heinsius uterque, Daniel et Nicolaus, Horatium emendatum et illustratum edidérunt.

LAMB. Lambînus (Dionys.) Monstroliensis, homo doctissimus, Horatium ex fide MSS. decem emendavit, et commentariis copiosissimis explicavit, *in*-f°. Lutetiæ 1568.

Leid. Leidensis codex bonæ notæ.

Loch. Locher (Jacobus) Germanus, Horatium commentariis illustravit, *in*-f°. Argentinæ, an. 1498.

Man. Manutius (Aldus Pius) Horatium, literis quas vocant *Italicis*, edidit Venetiis, anno 1500. *in*-8°.

Msc. Manuscriptus. Mss. Manuscripti.

Muret. Muretus (M. Antonius) Lemovix, Horatium edidit, et annotationes adjecit, paucas illas quidem, sed aureas, Venetiis, anno 1555.

Porph. Porphyrio (Pomponius) vetus Horatii interpres.

Pulm. Pulmannus (Theodôrus) Cranenburgensis, Horatium brevibus notis et lectionum varietate illustravit.

Rodel. Rodellius (Petrus) Gallus, homo non mediocriter doctus, Horatium diligentissimè emendatum publicavit *in*-8°, Burdigalæ, anno 1684.

Rutg. Rutgersius (Janus) nobilis Suecus, vir apprimè doctus et elegans, Horatii editionem quam anno 1613 procurabat Rob. Stephanus notulis sanè quàm optimis excoluit. Idem postea scripsit Venusinas Lectiones, quibus nihil doctius in Horatium vidit Res Literaria. Has cum orbe erudito communicavit Petr. Burmannus, Trajecti Batav. 1699.

San. Sanado (Nat. Steph.) Horatium Gallicè vertit, et commentariis locupletissimis illustratum emendavit.

Schol. *Scholiastes* dicitur commentator qui Scholia scribit : *Scholium* autem glossema est vel interpretamentum. Scholiastæ Horatii veteres duo sunt, Helenius Acro et Pomponius Porphyrio : Acro vetustior, nec longè ab Horatii ætate scripsit; quod evincunt plurima quæ nisi ab homine ferè suppare sciri non poterant. De quibus sic Baxterus in præfatione editionis primæ anni 1701. Absque eis foret, vel erudi-

tissimi in multis frustrà desudaverint; quin immo in plurimis cæcutire videntur.... Pomponius Porphyrio, homo doctus atque diligens, incertum quo ævo, stante certè deorum cultu, Helenii Acronis vetusti Grammatici, forsan etiam aliorum fusiora commentaria in breve compendium redegerat. De recentioribus sic idem » Recentiorum præcipui Lambînus, Cruquius, atque Tor» rentius, tria Horatii lumina: Lambînus πολυμαθία » atque diligentiâ mirus; Cruquius apprimè doctus » ingenioque præcipuus: Torrentius et probus et judi» cii plenus, pulcherrimisque rebus ubîque refertus: om» nes in conferendis scriptis codicibus diligentissimi ».

SORB. Sorbonæ codex longè optimus et antiquissimus, ab Emin. Cardinali Richelio donatus.

STAT. Statius *Estaço* (Achilles) Lusitanus, homo eruditissimus, in artem poeticam Horatii commentarium scripsit Antuer. 1553. *in*-4°. Idem Horatium notis et variis lectionibus illustravit in libro *Observationum* in varios Latinorum scriptorum libros. Lovanii 1552 et 1604 *in*-8°.

STEPH. Stephanus (Henr.) typographus Paris. eruditissimus, Horatium novis scholiis illustravit, anno 1598.

TALB. Talbotus, Anglus doctissimus, professor Cantabrigiensis, Horatium ad optimorum exemplarium fidem recensuit, variasque lectiones adjecit, Cantabrigiæ 1699.

TORR. Torrentius (Lævînus) Antuerpiensis episcopus, optimos in Horatium commentarios scripsit, et varias lectiones adjêcit, Antuerpiæ *in*-4°.

TURN. Turnebus (Hadrianus) Gallus, (vir optimus) Professor Parisiensis, philologus mirè industrius et doctus, in primum librum Horatii carminum Commentarium scripsit; quàm plurima ejusdem Poetæ loca in ADVERSARIIS suis explanavit.

VARIÆ LECTIONES HORATIANÆ.

IN LIBRO I. CARMINUM.

. *Nobilis.* Hîc inter-
cum doctissimo
sio; ut etiam versu
post *honoribus.*
Demoveas. Sic lege-
nbinus: alii *dimoveas.*
Icareis : ita mss.
viginti; sic dicitur
us, *Romuleus.* Alii

Te doctarum h. p. fr.
mus edidit doctissi-
are. Omnes et mss.
habent, *Me docta-*
tc. quæ lectio quàm
Horatiana vel ex eo
quòd Poetam ipsum
miscet superis, et
; lyricis inserit: quæ
ium se unîus Mæce-
uffragio consecutu-
cat vates, satis de-
ea sibi nondum con-
: nemo enim quod
bet, id alium poscit.
Sublimi. Stat. lege-
nsc. *sublîmis;* quam
lectionem hîc obiter no-
tasse satis est.

II. 10 *Palumbis* : ita cod. Sorb. accedunt edd. optimæ Cun. et San.

31. *Candenti;* ita mss. duo: sic ipse Acr. alii *candentes.*

37. *Satiare.* Omnes et codices et editiones habent *satiate.* Quum Romanis ingruebant eæ clades quas suprà Poêta memoravit, iis tum infensus erat ille Deus quem juvabant tubarum *clangor*, *galeæ leves*, *et acer Mauri peditis vultus in* Romanum *hostem*, eumque *cruentum* : itaque præcedit *neglectum genus... nepotes.* Nondum ergo Mars erat sævo illo *ludo satiatus;* adeóque locum hîc habêre nequit illa vox SATIATE; quæ mihi caussa fuit eam mutandi in SATIARE.

38. *Clangor;* ita mss.

quattuor; quæ vox huîc loco accommodatissima est: alii *clamor*.

39. *Mauri*: sic omnes mss. *Marsi* ex conj. Fabri. dederunt Bentl. et San.

III. 20. *Alta Ceraunia*. Ita legebat Porphyrio et Lactantius Placidus Papinii Statii vetus interpres: alii *Acroceraunia*.

26. *Vetitum et nefas*: ita codex Sorb. alii *vetitum nefas*; quasi nefas ullum sit, quod vetitum non sit.

36. *Perrupitque Acheronta*; ita mss. sex: alii *Perrûpit Acheronta*.

37. *Ardui est*: sic mss. undecim, in quibus Sorb. alii *arduum est*.

IV. 8. *Urit officínas*. Codd. quinque habent *visit*; malè. Julius Scaliger legi volebat *urget*.

12. *Agnâ... hædo*; ita Porphyr. ita mss. multi, et edd. optimæ, Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn. Hîc vetus Scholiastes, *Nescio quo modo quædam elocutiones per femininum genus gratiores fiunt*.

V. 14. *Uvida*: *humida* mss. quattuordecim.

VI. 2. *Aliti*. Sic legebant viri duo eruditissimi et harumce rerum intelligentissimi Passeratius et Lambînus: sic edidérunt Bentl. Cun. San. et Gesn.

3. *Quum rem cumque*. i. e. *quandocumque* vel *quotiescumque*: sic ter *quandoque* pro *quandocumque*. Alii legunt *Quam rem cumque*; quam lectionem vitiosam esse probavit Bentleius, cui assensus est Cun. Bentlei æmulus.

VII. 5. *Palladis arces*; ita Sorb. codex. Athenæ quidem Deorum erant multorum, arx verò unîus Palladis erat propria. *Pallas quas condidit arces, Ipsa colat*. Virg. Ec. 2. 61.

VIII. Omnes quos vidi codices cum versu hujus odes quarto et decimo hoc carmen terminant, novumque quod octavum est, incohant a versu quinto et decimo.

9. *Vinxisse*: *Cinxisse* mss. duo.

3. *Properes :* bene unctivo ; sequitur *kerit.* Mss. decem :.

1. *Nunc est...gratus.* et codd. et edd. ha- *unc et...gratus :* ma- quidem sententiâ ; :t *risus* versûs se- t vicesimi, et *pi-* rtii et vicesimi re- r ad verbum *repe-* quod non patitur linguæ consuetudo. *Ilio . . relictâ* : ita)tt. *Non semel Ilios* scripsit noster.

3. *Est melius.* Mss. habent *ut meliùs* : Bondius *possis*, *iùs pati possis ;*) sed n ita fit. Dacerius .s voces duas *ut pati* esse pro *ut patiaris;* s magnorum poeta- : locutus est ? Sana- t hanc voculam *ut* n esse pro *quanto :* inam legitur *ut me-*) *quanto meliùs ? Quæ nunc opp.* Unus luii mss. legit *Qui Juppiter.*

XIII. 6. *Gelido vel Hæmo :* sic codd. duo ; alii *gelidove in Hæmo.*

8. *Orphea rupes.* Sic dedit Sanado : alii legunt *Orphea silva ;* quæ lectio mendosa videtur ob *quercus* versûs duodecimi.

33. *Pius :* alii *priùs :* sed nulla hîc *dubitandi* ratio, quum Romulus non possit non omnium primus cani, ut exigebat Pietas.

41. *Intonsis* : ita legebat Quinctilianus. X. 3. alii omnes *incomtis.*

55. *Orientis ora* : ita omnes quos vidi codices.

XIV. 16. *Quantâ parte ;* ita legebat Ramiresius a Prado, approbante San.

XV. 1. *Referunt ;* ita conjêcit Cuningamius : et rectè ; navis enim jam in mari erat, quum sequatur, *fortiter occupa portum.*

XVI. 24. *Teucer, te Sthenelus :* ita mss. quattuor : alii *Teucerque et.*

36. *Pergameas* : ita e mscr. Loritius Glareanus et Pulmanus : alii *Iliacas*, quæ vox et metrum tollit,

et nihil aliud videtur quàm vocis *Pergameas* explicatio.

XVII. *Si*: ita Bentl. Cun. et San. quæ vox quia pro *etsi* vel *etiamsi* posita est, deposcit sibi *geminent* in subjunctivo. Alii omnes libri tum scripti, tum editi habent *sic*.

Ibidem *geminent*; alii omnes *geminant... tristes ut Iræ*: quâ lectione nihil est insulsius: quasi *Iræ* æra acuta pulsarent, non mentes humanas quaterent.

XIIX. 9. *Hædulea*: ita legit Talbotius, quem secuti sunt Bentl. Cun. San.

XXI. 5. *Clare*: mss. bene multi legunt *Care*.

XXII. 13. *Hæc bellum*, pro *Hic bellum*. Ita emendat Bentl. ut ad Dianam referatur; *bella* autem *matribus* adeóque *puellis detestata* jam dixit Poeta noster I. 1. 24.

XXIII. 2. *Mauris jaculis*: ita plerique mss. alii *Mauri*.

14. *Daunias*: ita mss. sexdecim. Alii *Daunia in latis*: quam lectionem in nullo codice reperi.

XXIV. 5. *Veris... adventus*. Hanc lectionem bonam in *Vepris... ad ventum* mutavêre Bentl. et San. sed nullis suffragantibus membranis.

XXV. 9. *Ille bonis*: sic codd. quattuordecim: alii *ille quidem*.

11. *Sed frustra pius*. Ita invenit in msc. quem citat Joan. Duhamel, Horatii interpres: alii *tu frustra p.*

13. *Quid? si*. Sic mss. unus et viginti: alii *Quod si*.

15. *Num*. Sic habent mss. septem et viginti: alii *Non*.

XXVI. 11. *Bacchante*: vocem hanc in notis mutat Bentl. in *Bacchata*; sed necessitate nullâ.

17. *Et Gaudeat*. 18. *myrti Aridas*: alii omittunt *et*, habentque *myrto*: *Aridas*.

20. *Hebro*. *Euro* legebat Faber: sed nullo codice suffragante.

XXVII. 9. *Pimpleï*: ita legebat vetus Scholiastes.

linguæ consue-
udiat *Pimplea.*
Possunt : prosunt
nque et viginti.
ζ. 3. *Verecundique*:
quem secutus est
verecundumque.
inacis : ita codd.
genti, alii *Acinaces.*
Laboras in Cha-
abent mss. trede-
rabas Charybdi.
. 18. *Avidum ;* ita
ss. plus duodecim :
's.
densentur ; ita mss.
ires : alii *densantur,*
ninùs poëtica est.
Forsan : mss. non
bent *forsit* , alii
alii *forsque.*
Superbæ. Optimus
us legebat in vo-
su *Superbe.*
. 6. *Properantque.*
it mss. duo : bene ;
Venus , ibi Dii
ites : alii *properent-*
si ubi Venus est,
it non adesse.
I. 9. *Calenam ;* ita
dedérunt Bentl. Cun. et San. alii *Calenâ.*

XXXIII. 1. *Poscimur.* ita habent mss. plus viginti : ita Bentl. Baxt. San. alii *Poscimus.*

XXXV. 5. *Relictos.* N. Heinsius dedit *relectos* quæ vox placuit Bentl. et San.

13. *Insignia* ex conj. Bentl. quem secuti sunt Cun. et San. alii *insignem.*

16. *Hîc. Huc* mss. duo.

XXXVI. 17. *Serva* : *sæva* habent mss. octo.

36. *Manum ;* ita mss. plus viginti : alii *manus.*

XXXIIX. 7. *Dementes.* Heumanus, Germanus doctissimus volebat *demens et ;* quod eo felicius videtur, quòd ut *funus* epitheto caret, ita etiam *ruinas* carêre debet.

25. *Jacentem :* ita mss. ferè omnes : Bentl. *tacentem* dedit , quæ vox in Sorb. cod. legitur.

XXXIX. 6. *Curæ :* sic idem codex Sorb. et Cun. alii *curo.*

IN LIBRO II.

I. 5. *Uncta. Tincta* Sorb.

18. *Perstringis* : idem cod. *prastringis.*

19. *Jam fulgur :* ita codd. duo bonæ notæ : alii *fulgor.*

21. *Audire ;* ita Bentl. quod placuit Cun. et San. alii *Vidêre.*

33. *Qui gurges :* ita mss. duo ... *aut qua :* ita mss. itidem duo. *Ecqua* Cuning.

II. 2. *Abdito ;* ita mss. sex et viginti : alii *abdita.*

7. *Pennâ metuente ;* ita omnes et mss. et edd. Mureto placebat *haud metuente*, quod editiones multæ arripuérunt.

17. *Phrahaten :* ita mss. quattuor. ita etiam Cruq.

IV. 18. *Dilectam* : ita mss. Cruquii ; tamen mss. duodecim habent *delectam.*

VII. 18. *Fessus :* ita msc. unus : alii *fessum.*

VIII. 2. *Barine.* Ea vocabatur *Julia Barine.* Cruq.

X. 9. *Saviùs ;* ita Sorb. cod. : sic etiam legebat Bentl. ex conjecturâ : alii *Sapius.*

12. *Fulgura.* Sic idem Sorb. codex et Bellov.

XI. 3. *Remittas ;* ita codd. omnes præter unum, in quo *remitte* legere est.

16. *Assyriâque* : codex unus habet *Assyrioque.*

23. *Incomtam :* ita dedit Cun. post ed. tres : alii *in comtum.*

24. *Nodo :* ita idem Cun. post easdem edd. alii *nodum.*

XII. 2. *Dirum :* ita mss. decem ; *durum* verò sexdecim.

12. *Minantium* : habent mss. quattuord. *minacium.*

17. *Quàm*, hîc vox admirantis videtur : alii *Quam* in accusativo esse volunt.

25. *Dum :* ita codd. plurimi ; tamen *Quum* habent codd. septem.

XIII. 8. *Colcha :* ita mss. quattuor et edd. non nullæ. Mscr. unus habet *Colchia*, alii verò *Colchica.*

13. *Quid : Quod* occurrit in mss. tribus.

23. *Descriptas* : mss.

:, in quibus Sorb.
:retas.
Laborum : laborem
ptem.
. 5. *Trecenis* legi ju-
metri, non *tricenis*.
Cocytos: ita mss. 14.
Cupressos : cupressus
10.
Superbum : ita Sorb.
: alii *superbo*.
2. *Relinquent* : re-
t mss. duo.
Ictus : æstus mss.
e.
. 1. *In patente* : cod.
æ legit *impatenti*,
ix distat ab *impo-*
quam vocem dant
et San.
'rensus : *Pressus* Sor-
:odex.
unam : codex unus
'umen.
Terris. Lectio opti-
demque necessaria,
Cun. debemus.
Lento : ita mss. quat-
: viginti. : alii *læto*.
Forsan : codices
illi legunt *fors et*.
Negârit : *negavit* co-
ius.

XVII. 15. *Divellet* : *divellat* unus.

16. *Justitiæ est plac.* . . : ita mss. duo. Alii *Justitiæ placitumque*.

17. *Scorpios* : ita mss. duo : sic Cun. et San. alii *Scorpius*.

26. *Faustum* : ita Cun. et San. alii *lætum*.

XIIX. 3, 4. *Hymettiæ* : *Hymettias* legit Cun.

7. *Laconias* : sic codd. duo : alii *Laconicas*. Vide sis Cruquium.

30. *Sede* : ita legebat Servius Virgilii interpres; ita legitur etiamnum in mss. duobus. Alii *fine*.

36. *Revexit* : *Devexit* unus; *revinxit* quattuor.

XIX. 9. *Sit* pro *est* : quam vocem omninò necessariam Bentleio debemus.

XX. 11. *Superna* : hanc vocem servat metri necessitas contra mss. qui habent *Supernè* : sic Muret.

13. *Tutior* : ita codex Leid. et Bentl. *notior* habent mss. quattuor : vulgares autem edd. *ocyor*.

IN LIBRO III.

I. 17. *Destrictus* : ita mss. octo: alii *Districtus*.

31. *Agro*: sic legendum suadet Matt. Gesnerus: alii *agros*.

43. *Delênit* : mss octo *Delinit*.

II. 1. *Amicè... pati* Latinis idem quod Græcis φιλως φέρειν : ita mss. duodeviginti : alii *Amicí*.

5. *Sub divo* : ita mss. omnes : at omnes editi contra *sub dio*.

17. *Incontaminatis*: mss. duo habent *Intaminatis*.

29. *Phasêlon* : sic mss. decem : alii *phasêlum*.

III. 8. *Feriant* : ita codex Bellov. alii *Ferient*.

12. *Bibet* : ita mss. duodeviginti : alii *bibit*.

26. *Famosus*. *Formosus* msc. unus.

53. *Mundo* : *mundi* habent mss. decem.

66. *Auctore*. *Ductore* msc. unus.

69. *Hæc . . conveniunt*. *Hoc conveniat* mss. duo : *hoc conveniet* mss. unus et viginti.

IV. 10. *Altrîcis*. *Nutrîcis* mss. quindecim.

38. *Reddidit* : ita mss. octo : *addidit* mss. decem : *abdidit* alii.

46. *Umbras*: sic legebat vetus Scholiastes : alii *Urbes ;* at mox sequitur *mortalesque turmæ* , quæ nihil aliud sunt quàm urbes seu potiùs civitates.

V. 7. *Proh Patria !* ita cod. Joannis Duhamel : alii *Curia*.

15. *Trahenti*. *Trahentis* habent mss. decem.

43. *Ab se* : ita mss. undecim : alii *a se*.

VI. 20. *Populosque* , ex conjecturâ Cuningamii : alii *populumque*.

22. *Fingitur* : ita primæ edd. et mss. duo optimi Sorb. et Bellov.

36. *Dirum* : *durum* mss. duodecim.

VII. 4. *Fide* : *Fidei* legitur in mss. undeviginti.

20. *Pellax*,

20. *Pellax* : ita Bentl. et San. alii *fallax*.

Ibid. *Movet* : ita mss. sex : alii *Monet*.

21. *Icaris* : ita mss. duo, sic *Romulæ gentis* in Carmine. Sec. alii *Icari*.

IIX. 15 *Perfer* : *Profer* mss. quinque.

IX. 5 *Aliam* : sic melioris notæ codd. alii *aliâ*.

9. *Thressa* : *Cressa* mss. duo.

12. et 16. *Parcant* : ita mss. quattuor : alii *parcent*.

X. 6. *Situm* : *satum* mss. quinque.

7. *Ventis et*. Ita corrigo, sensu et grammaticâ exigente : alii *Ventis ? et*.

8. *Numine* : alii *lumine*.

XI. 18. *Effluatque* : ita Gesnerus : alii *ejus*, *atque*.

XII. 8. Versum hunc et sequentes quattuor sic ordinat editio Cruquiana, adstipulante Torrentio.

XIII. 1. *Bandusiæ* : sic mss. quattuordecim : alii *Blandusiæ*.

XIV. 5. *Unico*. *Unicè* legitur in cod. Bellov.

11. *Malè ominatis*. Cuninn. legit *malè o ominatis*.

22. *Myrrheum*. *Murreum* habent mss. quinque.

XV. 2. *Fige* : sic habent omnes ferè mss. Edd. *pone*.

XVI. 26. *Non piger* : *impiger* mss. octo.

40. *Porrigam*. Sanado legi vult *Colligam*.

XVII. 11. *Emissa* ex conjecturâ Cun. alii *Demissa*.

15. *Porco* : *porcâ* Cuningamio placuit.

XIIX. 7. *Cratera* : ita mss. quindecim : alii *crateri*

XIX. 12. *Miscentor* : ita Rutgersius, quem secuti sunt Bentleius et Sanado : alii *miscentur*.

20. *Pendet* : habent edd. paucæ *pendent*, quod minùs poëticum.

XX. 1. *Periclo* : *tumultu* mss. duo.

XXI. 12. *Incaluisse* : sic unus e codd. Victorínis : ita etiam edd. Chab. Bentl. Cun. et Sanadonis.

XXIII. 18. *Non sumtuosa blandior hostia*. Hæ voces duæ *sumtuosa hostia* sunt in nominandi casu, produci-

turque ultima syllaba vocis *sumtuosa* ob sequens *blandior*. Daumius legit *Nâ*; non malè, tuncque *sumtuosâ* in ablativo est.

19. *Molliibit*: ita codex Bellov. et edd. pleræque. Sor. codex habet *mollivit*. *Mollirit* in nullo codice legi.

XXIV. 4. *Apulicum*: sic mss. quattuordecim. *Punicum* habet codex unus, *publicum* tres, *Ponticum* alii.

30. *Clarus*. Sorb. codex habet *carus*.

54. *Firmandæ*: ita legit Bentleius, quem secuti sunt Cuning. et Sanado, plaudente doctissimo Gesnero: cui tamen non displicet lectio vulgaris *Formandæ*.

59, 60. *Dum.. fallit*. In aliis legitur *quum* conjunctio caussalis, ideo sequitur *fallat*.

60. *Consortem*: *consortes* habent mss. octo: vulgares edd. omittunt voculam *et*.

62. *Sic licet ... crescant*: alii *Scilicet ... crescunt*.

XXV. 9. *Exsomnis ... Evias*: alii *Ex somnis ... Euhyas*.

12. *Ut mihi ... libet!* cum puncto admirandi: alii *Ut mihi ... libet*. *Ac mihi* habent mss. quattuor.

13. *Rupes*: *Ripas* mss. septemdecim.

14. *Naïadum*: habent alii quinque *Naïdum*.

XXVI. 7. *Arcus*: ita omnes et codices et edd. sed quorsum hîc *arcus*? Conjicit Bent. legendum esse *securesque*; Cun. verò *harpas*, quæ vox propiùs accedit ad *arcus*.

XXVII. 41. *Quam* (imaginem vanam) *portâ fugiens eburnâ Somnium ducit*; sic omnino legendum est, non *quæ portâ* ut habent omnes mss. et edd. Illud porrò Somnium *Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus Nominat*. Ovid. Met. XI. 460, quem locum videris.

42. *Meliusne*: ita mss. quinque: alii *Meliusque*.

48. *Monstri*: sic mss. undecim: alii *tauri*.

Si quis hæc : *si quis* ex unus.

Occupet : *occupat* inus.

Defluat : *defluit* nus.

Elidere : *ladere* legi- odd. duobus et vi-

Delectant : *delectent* iscr. unus.

isit : *lasit* codd. duo.

isus : ita mss. sex : *sus*.

X. 6. *Ne semver*. ii codices legunt *ver*.

roclive : ita mscr. San. alii *Declive*.

Horridi : *horrida* ha- ss. quattuor.

Trepidat : *trepidet* io.

35. *Delabentis* : ita mss. quindecim : alii *dilabentis*.

42. *Deget* : *degit* habent mss. duo et Canteri cod. item San.

50. *Pertinax* : *pervicax* mss. duo.

51. *Incertos* : *inceptos* codex unus.

60. *Tyriaque* : *Syriaque* mss. novem.

62. *Tum* : ita mss. decem : alii *Tunc*.

63. *Nudum* : ita San. alii *Tutum*.

64. *Ferat* : ita mss. tres ; ita San. edd. autem *feret*.

XXX. 12. *Regnavit* : ita codd. decem, ita prisci Interpretes et Servius : ita Bentl. Cun. et San. Alii *Regnator*.

IN LIBRO V.

. *Largis* : *Largi* mss.

Citreâ : ita mss. de- ii *Cypriâ*.

23. *Lyræ... et Bere- . tibia*. Sorb. codex *ra...*, *Berecyntia...* a et. N. Heins. Cruq. Bentl. Cuning. et San.

37. *Te ego* : ita mss. octo : alii omittunt *te*.

II. 6. *Quem... aluêre. Quum* legunt mss. quattuor ; totidem *Saliêre* pro *aluêre*.

13. *Regesve*. Bellov. *Regesque*.

21. *Juvenemve*: *Juvenemque* habent mss. septem.

22. *Educit*: ita mss. XII. *reducit* habent totidem.

30. *Uvidique* : *humidique* codex unus.

45. *Loquor* pro *loquar*: ita codex Sorb. et Cun.

49. *Duxque* : ita legit D. Heinsius : edd. verò omnes habent *Teque, dum procedit.* — Ibid. et 50. *Io triumphat* legit regiorum codicum unus.

58. *Ortum* : *orbem* habent mss. novem.

59. *Duxit* : *traxit* codex Sorb.

III. 5. *Achaïo* : ita msc. unus ; ita Bentl. Cun. San. alii *Achaico.*

10. *Præfluunt* : ita mss. duodeviginti : alii *perfluunt.*

IV. 6. *Propulit* : ita mss. XVII. unus *proculit.*

10. *Fervidus* : ita Sorb. codex : alii *vividus.*

15. *Jam jamque.* Ita doctissimus Ludol. Kusterus : alii *Jam lacte.*

20. *Revicta* : *repressa* habet Sorb. codex : *revincta* mss. tres.

24. *Nerones. Neronis* legunt mss. tres.

32. *Dedecorant* : *Indecorant* habent mss. novem.

38. *Durus* : ita mss. quattuor : alii *Dirus.*

53. *Tonsa. Tunsa* mss. duo.

56. *Animosque* : ita cod. unus : alii *animumque.*

61. *Merses. Mersas* habet codex unus : *mersa* item unus ; *mersus* verò septemdecim, in quibus Sorb. et Bellovac.

61. *Evenit. Exiet* mss. duo.

62. 63. *Proruit... geritque* : ita codex unus ; ita Bentl. Cun. San. alii *proruet .. geretque.*

69. *Perficient* : ita habent mss. septem et viginti : sic et Torr. alii *efficient.*

72. *Acuta belli* : ita mss. quattuor in quibus Bellov. sic Torr. et Cruq. alii *Acuta bella.*

V. 12. *Distinet* : ita mss. undecim. *Destinet* mss. septem : alii *detinet.*

13. *Votisque* : ita Cun. et Sanado.

rata : ita Tanaq.
San. alii *rura*, quæ
x in versu sequen-
t.
enit : ita vetus In-
t mss. tres in qui-
. ita Bentl. Cun.
ii *redit*.
Defuso : ita mss.
: alii *diffuso*.
Thetidos. *Thetidis*
es et mss. octo.
mpulsa. *Impressa*
ss. tres, et Cun.
eucro. *Troico* ha-
ices duo.
atentem : ita mss.
:cim : alii *latentes*.
:tus : Sorb. *Flexus*
Doctor. *Doctus* le-
x unus ; *Ductor*
».
Argiva : ita mss.
; Cun. *Argea* : alii

Igyieu : ita vetus
: et Macrobius :
eu.
13. *Dices* : ita om-
dd. et edd. *Dicet*
acebat doctissimo
.
. Almum : *Album*
mss. duo in quibus Sorb.

17. *Quis scit*. *Qui scit* habet codex unus et Cun.

21. *Splendida*. Salmasius legit in vocativo *Splendide*.

IX. 8. *Ponere* : *Pingere* legunt mss quattuor.

12. *Muneris* : ita mss. quattuor : alii *Muneri*.

17. *Impendia* : ita Sorb. codex : ita etiam Cun. et San. alii *Incendia*.

24. *Romuli*. *Romulis* habet codex unus.

31. *Ab intimis* : ita Cun. et San. alii *ab infimis*.

X. 17. *Primusve*. *Primusque* mss. septem.

Ibid. *Cydonio* : *Cydoneo* habent mss. septemdecim.

31. *Silebo* : ita mss. quattuor : alii *sileri*.

41. 43. *Utili*... *Voltu*. *et* : ita mss. septem in quibus Bellov. Omittunt *et* alii mss. omittebant edd. ante Aldina.

XI. 2. *Pluma*. Ita omnes et mss. et edd. Bentl. et San. legunt *bruma*.

6. *Te in speculo* : ita mss. tres : cæteri omittunt *te*.

XII. 15. *Qui dies* :

Quæ dies mss. duo.

27. *Pegasos*: ita Cun.

35. *Minuuntur*: ita mss. tres in quibus Sorb. alii *Minuentur.*

XIII. 6. *Cecropiæ*: *Cecropeæ* mss. duo.

7. *Quæ malè*: ita Bellov. alii *quod.*

XIV. 13. *Referunt*: *referent* codex unus; *referant* Cun.

14. *Clari*: *cari* habent mss. tredecim.

17. *Heu! quò color? heu! decens.* Ita legunt Cun. et Sanado. Bentleius refert *decens* ad *motus*, quod jam fecerat Chabotius in notis ed. Basil. *in*-8° et Cerutus in Paraphr. Habent mss. et edd. *quove color decens?*

26. *Possint*: ita codex unus: alii *Possent.*

28. *Dilapsam*: *delapsam* habent mss. quattuordecim.

XV. 16. *Pepulit*: *repulit* codex unus.

19. *Fatigaret*: *fatigarat* mss. quinque

28. *Minitatur*: ita mss. novem: alii *meditatur.*

32. *Humi*: *humum* habent mss. viginti.

XVI. 10. *Evaganti*: ita mss. septem: alii *et vaganti.*

11. *Emovitque*: ita habent mss. tredecim: alii *emovit.*

15. *Ad ortus*: ita undecim mss. alii *ad ortum.*

IN LIBRO EPODON.

I. 10. *Quâ*: *quem* habent mss. quattuor et viginti.

21. *Adsit*: *assit* mss. duo.

26. *Nitantur*: *nectantur* legit Sorb. Ibid. *mea*: ita D. Heinsius et Marcil: alii *meis.*

28. *Pascuis*: ita habent mss. undeviginti in quibus Sorb. optimus et Bellov. alii *pascuâ.*

II. 17. *Decorus*: sic mss. duo: alii *decorum.*

25. *Rivis*: sic mss. septem: alii *ripis.*

35. *Pavidumve*: alii *Pavidumque.*

39. *Quod si*: habet co-

dex unus, *Quid ? si* ...

Ibid. *juvans*, alii *juvet.*

43. *Sacrum vetustis.* Habent mss. sex *Sacrum et vetustis.*

52. *Vertat*: *vertet* habet codex unus.

54. *Ionius* : sic Cun. edd. omnes *Ionicus.*

67. *Hæc ut locutus* : alii *Hæc ubi locutus.*

III. 3. *Edat*, ita mss. septem : alii *edit.*

21. *Suavio : savio* mss. octo.

21. *Apponat :* ita mss. duo in quib. Sorb. alii *opponat.*

IV. 17. *Tot ora*, ita Franekeræ codex : alii *tot rostra.*

18. *Ærata :* alii *Rostrata.*

V. 1. *Regit* : ita mss. decem : alii *regis.*

18. *Cupressus : cupressos* habent mss. novem.

28. *Laurens* : ita Dan. Heins. Habet *furens* codex unus, cæteri *currens.*

32. *Quâ* (humo) *posset :* ita mscr. alii *Quo p.*

33. *Terve* : *terque* habent mss. duodecim.

37. *Exsucca :* ita regius codex 7977us. Habent *Exsucta* mss. tres, *exsecta* duodecim, *execta* quindecim.

54. *Iram : arcum* Brodæi codex habebat, quod eruditius est quàm ut librario debeatur.

55. *Formidolosæ :* ita mss. quinque et viginti : alii *formidolosis.*

60. *Laborarunt* : *laborarint* mss. duodecim.

63. *Superbam :* ita mss. tres : alii *superba.*

VI. 5. *Lacon*: *Laco* codd. duo.

8. *Præcedet :* ita mss. octo ; alii *præcedat.*

15. *Petiverit : oppetiverit* habent mss. tres.

VII. 12. *Feris : genus* legebat Lambinus.

13. *Cæcos* : alii *cæcus.*

16. *Perculsæ : percussæ* mss. sex.

IX. 5. *Mistum* : *mistis.* Sorb. codex.

17. *Ad hoc :* sic unus e Sorbonicis, item Bentl. *Ab hoc* legit Dan. Heinsius, *ad hunc* editiones.

20. *Sitæ :* ita duo e Cruquii codicibus : alii *citæ.*

25. *Africanum :* ita mss. octo : alii *Africano.*

34. *Aut Chia :* sic Sorb. codex : alii *et Chia.*

X. 4. *Fluctibus : Flatibus* cod. unus.

22. *Porrecta :* ita vetus Schol : alii *Projecta.*

XI. 13. *In queis* ; alii *In quis.*

16. *Contrane :* ita mss. tredecim : alii *Contraque.*

23. *Inæstuet* : ita mss. duodecim : alii *inæstuat.*

XII. 1. *Dignissima* : *gratissima* habet unus.

7. *Quis sudor* : *Qui sudor* codd. duo.

25. *Non felix : infelix* mss. quinque.

XIII. 13. *Achæmenio :* ita mss. tredecim : *Achæmeniâ* codices octo.

22. *Certo : curto* legi vult Bentleius.

27. *Dulcibus :* alii *et dulcibus.*

XIV. 5. *Me occîdis :* edd. omittunt *me*, quam vocem sensus exigere videtur.

XV. 8. 9. *Turbaret ... agitaret*, mss. septem : *turbarit* codex unus.

12. *Viri :* habent *virium* codd. septemdecim : malè : unus verò *virile.*

XVI. 2. *Ruit* : *perit* mss. duo.

15. *Quod* : *Quid* omnes et codd. et edd. habent : malè.

36. *Omnis : omnes* mss. quinque.

37. *Expes : expers* codd. septem.

39. *Animus :* ita Sorb. codex : alii *virtus.*

48. *Lympha : Nympha* codex unus.

63. *Secrêvit : sacravit* habet Sorb. cod.

XVII. 5. *Refixa. Defixa* legunt mss. duodecim.

11. *Unxêre. Luxêre* mss. decem.

19. *Vicem :* sic mss. unus ; sic et Bentl. Cun. et San. alii *vice.*

22. *Et tu : at tu* cod.

26. *Reliquit : ossa ;* sic enim interpungendum.

37. *Furens : urens* legitur in codd. octo, *virens* autem in viginti.

40. *Qua finis? Qui finis* legitur in uno. Ibid. *Aut quod. Ecquod* legit Cun.

43. *Juvencis:* ita Bentl. ex mss. ita et San.

57. *Sacrum : sacra* habent mss. duo et viginti.

60. *Proderit : proderat* habet msc. unus. Ibid. pro *ditasse* legit San. *superasse.*

65. *Infidi:* ita mss. undeviginti : alii *infidus.*

67. *Aliti : alite* legitur in mss. quinque.

68. *Et summo :* ita mscr. unus : alii *supremo.*

72. *Innectes : nectes* habent mss. quinque.

78. 79. *Possum :* ita Sorb. cod. et Mureti editio: alii omnes *possim.*

81. *Nil valentis.* : ita Mureti editio : habet Sorb. cod. *nullum habentis exitum :* mss. quinque *nil habentis exitûs ;* tres et viginti *nil agentis exitûs.*

IN CARMINE SECULARI.

5. *Quo : Quod* legitur in mss. decem : *Quum* in uno.

16. *Genitalis :* ita omnes et mss. et edd. Frid. Morellus in versione Græcâ hujus carminis dedit *Genetyllis ;* quam lectionem probarunt Bentl. et San.

22. *Ut denos :* ita mss. tredecim : alii *et denos.*

27. *Servat : servet* habent mss. quattuor et viginti.

48. *Quaque :* ita codd. decem ; alii *Quique.*

Ibid. *bobus : bubus* habent codd. tres.

51. *Impetret : impetret* habent mss. septem.

57. *Honor. Honos* dedit Lambini editio secunda, item ambæ D. Heinsii.

65. *Arces : aras* habent mss. duo.

68. *Prorogct*, 71 *curet*, 72 *applicet :* ita edd. veteres ante Cruquianam : ita Baxt. Bentl. Cunin. San.

IN SERMONUM LIBRO I.

2. *Fors : Sors* habent mss. duo.

4. *Armis :* ita vir doctus. Omnes et mss. et edd. *annis* habent.

23. *Prætereo :* ita vir doctus ; ita et San.

25. *Et pueris :* ita San. optimè : alii *ut pueris.*

33. *Exemplo :* habet cod. unus *exemplum.*

38. *Sapiens* : ita mss. sex : alii *patiens.*

39. *Demoveat :* mss. tres : alii *dimoveat.*

40. *Obstet : obstat.* mss. duo.

53. *Laudes : laudas* mss. sex.

55. *Malim :* ita mss. tredecim : alii *mallem.*

59. *Tantuli : tantulo* mss. sex.

61. *Falso : falsâ* mss. duo.

63. *Miseram :* ita mscr. unus : alii *miserum ;* malè.

66. *At mihi* : *ast mihi* mscr. unus.

73. *Quò* : ita mss. quattuordecim : alii *quid.*

81. *Casus* : *morbus* cod. unus.

Ibid. *affixit* : ita codd. Bellov. et Sorb. alii *afflixit.*

88. *An sic :* ita Sorb. et Bentl. alii *At si.*

94. *Nec* : *ne* mss. octo.

95. *Qui tam* : ita Bentl. optimè : alii *quidam.*

101. *Ac sic :* quidam *an sic :* alii *aut sic.*

109. *Se probet* : *se probat* unus.

111. *Meliori* : ita Sorb. codex cum aliis duobus : alii *majori.*

118. *Tempore, vitâ :* ita Bellov. cum aliis tribus : alii *tempore vitæ.*

II. 6. *Propellere :* ita mss. octo : alii *depellere.*

11. *Responset* : alii *respondet*, malè ; neque enim ea vox respondet his superioribus, *Hunc si perconteris.*

14. *Exsecat* : ita mss. novem : alii *exigit.*

18. *Exclamat* : ita mss. sex : alii *exclamet.*

. *atque hæc audit* : ius : alii, *atque au-*

. *At ipse pro* : ita ovem.

Facit... Hic? alii , *facit hic* sine ullâ nctione.

Tatra : anonymus legit *tenta*.

Mœchis : *mœchos* : Bentl. Cun.

Cuidam: alii *quidam*. gi vult *quoidam*.

Negabat : *negabit* od. unus.

In quas : unus *in*

Munifico : ita mss. m : alii *Munificum*.

Videntis : at *videnti* nss. tredecim.

Putas : *putes* codex

Quo turpia : unus *rpia*.

Tu corporis optima

Contemplans : alii *oris optima Lynceis plêre*. Erasmus lege- *ntemplans*.

Spectas : mss. et *ectes*.

97. *Officient* : *officiunt* mss. tres.

106. *Sectatur* : *sectetur* mss. decem.

109. *Posse dolores ; labores* cod. unus, quem sequitur Cun.

110. *E pectore pelli* : unus *de pectore* Cun. *tolli*.

111. *Statuat* : ita mss. undeviginti. *Statuit* mss. quattuor : alii *statuet*.

122. *Cunctetur* : unus habet *cunctatur*.

124. *Det* : *dat* mss. quattuor.

129. *Vepallida* : ita mss. novem, unus *vapallida*. Alii *vel pallida*.

III. 7. *Iteraret* : ita Sorb. codex. et Bentl.

8. *Resonat* : ita mss. decem : alii *resonans*.

Ibid. *ima* : codices quattuor *una*.

20. *At fortasse* : ita Baxt. alii *et*. Aldus primus *haud* dedit.

25. *Prævideas* : ita mss. duo : alii *pervideas*. San. legit *prætereas*.

26. *Vitiis* : codex unus *vitium*.

34. *Corpore* : habent *pectore* mss. undecim.

43. *Ac pater* cod. unus: alii *at pater.*

48. *Pravis* : *parvis* mss. quinque.

57. *Homo. Illi* ... at Sorb. cod. habet *homo ille.*

58. *Pingui* : mss. quattuor *pinguis.*

60. *Versetur* : at Sorb. et Cun. *versemur.*

63. *Simplicior quis et est, qualem* : ita mss. tres et viginti : alii *Simplicior si quis, qualem.*

64. *Ut fortè* : at mss. tres *aut fortè.*

65. *Impellat* : ita mss. quattuordecim. Alii *impellam.*

66. *Planè* : cod. habet unus *sanè.*

71. *Sunt* : habent codd. duo *sint.*

74. *Ignoscet* : ita mss. quattuordecim : alii *ignoscat.*

80. *Si quis eum* : codex unus *Si quis enim.*

86. *Rusônem* : ita mss. septemdecim : alii *Drusônem.*

88. *Extricat* : *extricet* codd. duo habent.

103. *Sensusque* : cod. unus *sensusve.*

106. *Neu quis adul* : *ne quis adulter* codd. quattuor.

117. *Sacra Divûm legerit* : unus *sacra Dis sublegerit.*

122. *Magnis parva.* Sorb. cod. *parvis magna.*

128. *Qui?* ita mss. tres: alii *Quo?*

134. *Nisi* : *ni* Bellov.

140. *Peccâro* : ita mss. septem : *peccabo* mss. quattuordecim : alii *peccavero.*

IV. 18. *Loquentis.* Lambînus lêgit *loquentem*, quod Bentleio placuit.

25. *Digni* : sic correxit Cun. alii *dignos.*

Ibid. *Elige* : sic mss. sexdecim : *eripe* duo.

26. *Miserâ* : *miser* habet codex unus.

28. *Ære* : cod. unus *auro.*

30. *Tepet* : *patet* mss. quattuor.

31. *Uti pulvis* ; cod. unus *Ut et pulvis.*

41. *Si quis* : codd. tres, habent *si qui.*

49. *Insanus :* ita codd. quinque : alii *insanit.*

62. *Disjecti, diſcerpti* cod. unus.

65. *Sulcius.* Hoc nomen variè legitur, *Fulgius, Fulcius, Stulius, Sulgius, Vulgius.*

66. *Libellis : tabellis* habet cod. unus.

67. *Timor : tremor* cod. unus.

71. *Habet ut :* alii omnes *habeat.*

79. *Inquis :* ita codd. omnes præter Sorb. et Bellov. in quibus *inquit.*

87. *Amet :* ita mss. duo ; atque etiam Bentl. Cun. et San.

93. *Si qua : si quæ* codd. duo.

103, 104. *O si quid... possim* omnes et codd. et edd. dant. *ut si quíd ... possum.*

110. *Panis.* Videtur *Panis* a prima manu esse in codice Gottingensi. Ita Gesn. in variantib. *Banis* legitur in Regiorum uno. (n. 9219.) Plerique codd. habent *Barus*, alii *Baius*, *Balus* et *Barrus. Farris* esse legendum conjiciebat doctiss. Bentl.

116. *Mi satis est si : sed mihi sat si* mss. duo.

119. *Possum :* ita mss. undecim : alii *possim.*

126. *Avidos :* at *Vides* mss. octo.

143. *Turbam : sectam* cod. unus.

V. 1. *Accêpit :* ita mss. tres : alii *excêpit.*

3. *Longè : linguæ* habent mss. duodecim.

11. *Quum* cod. unus : *Dum* codd. duo : alii *Tum.*

20. *Nil quum :* ita edd. multæ et optimæ : alii *quum nil.*

45. *Quæ villula ; quæ est villula* cod. unus.

54. *Clarum genus : clarum est genus ;* cod. unus.

60. *Minitéris :* ita mss. quinque, quibus accedit Bentl.

68. *Cur umquam :* ita edd. optimæ : aliæ *cur numquam.*

85. *Supínum : supíne* cod. unus.

89. *Ultra :* sic mss.

tredecim : alii *ultro*.

92. *Qui locus*... Hunc versum spurium esse censent Bentl. et San.

93. *Hic* : ita mss. septem : alii *hinc* ; malè.

104. *Via est* : ita mss. quindecim : alii omittunt *est*.

VI. 4. *Imperitarint* ; *imperitarunt* unus legit ; *imperitarent* mss. tredecim.

13. *Fugit* : ita mss. duodecim : alii *fuit*.

15. *Quem nosti* ; ita edd. at mss. septem et viginti dant *quo nosti* quod non displicet.

18. *Longè longéque* : ita mss. sex et viginti : alii *longè latéque*.

29. *Aut quo* : ita edidérunt Baxt. Bentl. Cun. San. Gesn.

31. *Ut cupiat* : ita mss. septem et edd. optimæ : alii *et cupiat*.

34. *Curæ et* : ita cod. unus : alii mittunt *et*.

43. *Tria* : *duo* habet mscr. unus.

47. *Quia sum* : mss. decem habent *quia sim*.

53. *Possit* ; sic edd. optimæ : *possim* habent mss.

54. *Tibi me* : ita Sorb. cod. cum altero : ita edd. optimæ : alii *mihi te*.

55. *Quid essem* : ita edd. optimæ : *quis essem* habent mss. undecim.

57. *Profari* ; *fateri* cod. unus ; alius *referre*.

67. *Alioqui* : *alioquin* codd. septem.

68. *Inspersos* : *insparsos* codd. novem.

70. *Si et vivo* : ita mss. decem, et edd. optt. alii *si vivo et*.

79. *Si quis* : *si qui* mss. septem.

96. *Honestos* : *onustos* mss. quinque.

97. *Nollem* : ita mss. novem : alii *nolim*.

117. *Echíno* : ita vetus Schol. *echînus* occurrit in codd. omnibus.

123. *Juvet* : *juvat* habent mss. trés.

126. *Campum lusumque trigonem* : ita e regiis. cod. unus, n. 9219. alii mss. habent *rabiosi tempora signi*.

130. *Victurum* : *victurus* habent codd. duo.

131. *Fuisset* : ita mss. quattuor : alii *fuissent.*

VII. 8. *Barrosque* : ita codex unus.

21. *Procurrunt* : *concurrunt* mss. septem.

Ibid. *Spectaculum* : *spectamen* habet codex unus.

28. *Multoque* : ita mss. duodecim : alii *multumque.*

VI. 5. *Ruber* : *rubens* cod. unus.

12. *In agro* : ita cod. unus et edd. optt. alii *in agrum.*

19. *Versant* : *vexant* mscr. unus.

24. *Passoque* : *sparsoque* cod. unus.

41. *Resonarint* : ita cod. unus, et edd. optt. alii *resonarent.*

IX. 3. *Accurrit* : ita codd. duodeviginti : alii habent *occurrit.*

16. *Prosequar* : ita mss. novem : alii *Persequar.*

32. *Aut tussi* : *Haud tussis* legit cod. unus.

38. *Huc ades* : ita mss. duo. *Huc ades, o Galatea.* Virg. Ecl. 9. 39. alii *hic ades* quod malè.

43. *Tecum* : *tecum est* mss. duo.

44. *Ut mentis* : ita cod. Gott. alii *et mentis.*

55. *Possit* : benè. Douzæ placebat *poscit* : non bene meo judicio.

72. *Ignosces* : *ignoscas* mscr. unus.

X. 21. *Putetis* : ita mss. quattuordecim : alii *putatis.*

27. *Latinè* : ita mss. quattuor : alii *Latini.*

37. *Defingit* : ita mss. quattuordecim : alii *Difingit.*

41. *Comes* : ita Cruquii codd. duo : alii *comis.*

44. *Varius ducit* : alii sic interpungunt *Varius* : *ducet.* Pro *ducit* dant *ductu* mss. tres.

45. *Annuerunt* : *annuerint* habent mss. septem ob ignoratam, puto, prosodiam.

47. *Possem* : *possim* mss. novem.

59. *Ac* : ita mss. undecim : alii *at.*

66. *Rudis et* : ita omnes et mss. et edd. Casaubonus legebat *Rudius*,

scilicet Ennius Rudiis urbe oriundus. Cæterùm *rudis* heic in gignendi casu est.

68. *Dilatus* : ita codd. pauci : *dilapsus* habent mss. quattuor et viginti ; sed minùs bene.

71. *Vivos* : *imos* habet codex unus.

72. *Digna legi sint* : ita mss. octo : alii *digna legi sunt*.

78. *Cruciet* : ita mss. viginti : alii *crucier*.

86. *Vos Bibule et Servi*. Sic edidérunt Murêtus, Brutus et Rodel. alii *vos Bibuli et Servi*.

Ibid. *Simul et te*. Sic Sorb. cod. cum aliis duobus : alii *simul te*.

87. *Compluresque* : ita mss. duo : alii *complures*.

91. *Discipularum* : ita mss. quinque : alii *Discipulorum*.

IN LIBRO II.

I. 1. *Videor* : ita cod. Bellov. cum aliis quinque : alii *videar*, quod minùs poeticum.

3. *Putat* : *putant* cod. unus.

4. *Deduci* : *diduci* mss. novem, malè.

9. *Irriguumve* : ita optimè Rutg : omnes et codd. et edd. habent *irriguumque*.

16. *Scribere* : *dicere* cod. unus et San.

20. *Cui* : *Qui* leguntmss. quattuor ; quod non displicet.

31. *Gesserat* : sic omnes et mss. et edd. ante Lambinianam.

Ibid. *Usquam* : sic mss. quinque ; alii *umquam*.

41. *Destringere* : ita mss. novem : alii *distringere*.

49. *Si quid ... certes* : ita mss. septem ; optimè : alii *si quis ... certet*.

51. *Imperet hoc* : *Imperitet* cod. unus, Cun. et San.

58. *Circumvolat* : *circumvolet* cod. unus.

79. *Diffindere* ; ita mss. duo : quod dedérunt Baxt. Bentl. San. alii *diffingere*, *difindere* et *diffidere*.

84. *Laudatur* : *Laudatus* mss. quinque.

85. *Latraverit* omnino satiricè ;

: ita omnes et codd.
Laceraverit placuit
o, Rutg. et Bentl.
. *Boni: bonis* habent
odecim.
ed quem: sed quæ ha-
ss. quinque.
Abnormi : ita mss.
rdecim : alii *abnor-*

Quò pertinet : quid habent mss. sex.
Quamquam: ita mss. : alii *quamvis.*
Præcônis: ita omnes et edd. *Prætoris* Saplacuit.
Æquora alebant : lebat mss. quinque.
Pravus: sic Bentl. e em secuti sunt Cun.

Defundere: ita mss. : *diffundere* alii.
Offendat : ita edd. timæ, Basil. 1555 iciana ; sic Bentl. un. et San. alii *qui ndit.*
Affligit : ita mss. : alii *affigit.*
Humo: humi codd.

82. *Advexerit :* ita mss. septemdecim : alii *adduxerit.*

83. *Ubîve :* ita Dacerius in versione, et Bentl. in notis : ita dedérunt Cun. et San. sensu exigente.

94. *Occupat : occupet* mss. quattuordecim.

113. *Metato : mercato* mss. tres.

123. *Ita culmo ut :* sic mss. quinque : alii *ut culmo* omisso *ita.*

126. *Eminuet :* ita cod. unus : alii *imminuet.*

131. *Postremò : postremùm* mss. undecim.

III. 1. *Sic rarò scribis*: codd. tres habent *Si rarò scribes.*

2. *Retexens : recensens* mss. tres.

13. *Paras : pares* habet codex unus; non malè, meâ quidem sententiâ.

27. *Et miror morbi :* ita mss. septem : alii. *Et morbi miror.*

29. *Capitisve :* ita mss. quinque : alii *capitisque.*

33. *Veri : verum* mss. duodecim.

50. *Utrisque* : ita mss. novem : alii *utrimque*.

56. *Varium* : *varum* mss. sex.

60. *Fufius* : ita mss. quattuor : alii. *Fusius*.

61. *Dormit* : cod. unus : *edormit* alii : sed aliud est *edormire*.

62. *Volgus* : ita cod. unus : alii *vo'gum*.

75. *Perilli est* : cod. unus : alii *Perilli*, omisso verbo *est*.

93. *Perisset* : ita mss. novem : alii *periret*.

96. *Construxerit* : *contraxerit* mss. octo.

108. *Qui* : ita mss. octo : alii *Quid*.

121. *Jactatur* : *vexatur* cod. unus.

129. *Tuo* : ita edd. septem Ascensianæ : ita etiam Tanaq. Faber.

133. *Occidis* : ita mss. quattuor : alii *occidit*.

141. *Aliud* : *alium* mss. tres.

151. *Jam hæc* : ita mss. quinque : alii *hoc*. Legebat doctiss. Nic. Heinsius *jam jum*, quod non displicet.
redeuntem in patriam ad Naxum usque insulam insecuta est : quo loco a perfido Theséo relicta Libero Patri nupsit, a quo donata est insigni e septem floribus coronâ, quam ille a Venere acceperat : flores septem Bacchus in totidem stellas mutavit, simulque cum eâ in cœlum evolavit : unde inter septemtrionalia sidera fulget *Gnossia corona.*

ARICIA *æ*, oppidum Latii in Appiâ viâ, ab Hippolyto Thesei filio conditum : sic autem dictum est ab Ariciâ nobili Atticâ ejusdem Thesei uxôre. Ibi Orestes, oraculo monitus, simulacrum Scythicæ Dianæ quod de Tauricâ regione abstulerat, priùs quàm Argos peteret, consecravit. Nihil erat illâ Dianâ celebrius ; prope Deæ templum erat nemus nobile, mendicantium multitudine refertum : hinc *Aricînus a um.*

ARIMINUM (*Rimini*) urbs Flaminiæ ad Rubico-

nem amnem, in litore Hadriatico : hinc *Ariminensis e.*

ARISTARCHUS, grammaticus Alexandrînus : is erat criticus insignis, et tam subacto, tam castigato judicio, ut Homéri versus non putaretur quem ille non probasset. Hinc factum est, ut rigidi alienorum scriptorum censores *Aristarchi* vocitentur.

ARISTIPPUS, Cyrenæus, Socratis audîtor, Cyrenaïcæ sectæ auctor. Is summum hominis bonum in voluptate sensus corporis titillante ponebat. Dicebat Plato soli Aristippo datum esse et chlamydem et pannum ferre.

ARISTIUS (Fuscus) grammaticus et poëta bonus, Horatio carus.

ARISTOPHANES, poêta comicus, Lindius, inventor tetrametri : erat in carpendis hominum vitiis liberrimus ; Atticæ linguæ adeò gnarus, ut Dionysio rôganti aliquem ejus sermonis apprîmè perîtum, hunc Athenienses unâ v nominaverint.

ARMENIA, pars ing Asiæ, inter montes T rum et Caucasum, a C padociâ ad mare Casp usque protensa : hinc *A nus a um, et Armenius a u*

ARRIUS (Q.) h Romanus, effusè prod et munificus.

ASIA, dimidia no continentis pars, sola ropæ et Africæ par ma tudine : sic dicta ab Oceani et Tethyos fi Iapeti uxore. *Asia* min superioris pars, Chers nesi formam habet, i Pontum Euxinum a sept trione et mare Ciliciu meridie : hinc *Asiatic um.*

ASINA : is erat pa Vinii Frontônis ad qu scripta est Epistola XI Lib. I.

ASINIUS. V. POLLI

ASSARACUS Troïs ter filius, Ili frater: is g nuit Capyn e quo natus Anchíses Ænéæ pater.

ASSYRIA, ingens As

ad ortum Mesopo-
æ : hanc docet Plinius
e partem esse, quæ
bene postea vocata est.
Assyrius a um.

STERIE *es*, uxor Gi-
nîus ex Horatii amí-

TAX *acis* (*l'Aude*)
iæ Narbonensis flu-
, ipsum Narbônem al-
s. Hinc populi accolæ
íni dicti sunt.

TTA, vetus poêta La-
; non optimus: hoc no-
s sortîtus ex eo quod
im vitio laborabat :
enim hominem plantis
émis insistentem signi-

THENÆ *arum*, civitas
ciæ nobilissíma, om-
bonarum artium in-
rix, philosophorum et
orum mater, et poëta-
alumna : hinc *Athe-*
is e.

TLANTICUM mare
riè est ea pars Oceani
Mauritaniam alluit.

ATLAS (*antis*) Iapeti
Asiæ nymphæ filius,
ones vir et Mauritaniæ
rex : erat astronomiæ dedi-
tissimus ; unde cœlum hu-
meris sustinuisse dictus
est : hinc *Atlanticus a um*
et *Atlanteus a um.* Hinc
etiam *Atlantides quæ* et
Hyades et *Pleiades*, et *Ver-*
gilia. *Atlantides* a patre
Atlante, *Pleiades* a matre
Pleione, *Hyades* ab Hyante
fratre ; *Vergilia* quia vere
fit ortus earum matutînus.

ATREUS Pelopis et
Hippodamiæ filius, rex
Mycænarum. Thyestem
fratrem concubitu uxoris
suæ Ærópes usum exsilio
multavit ; cui deinde revo-
cato proprios filios quos
ex Ærópe susceperat, co-
medendos apposuit ; cujus
facinoris horrore Sol re-
trocessit, revocato ad
Aurôram curru. Thyestes
ulciscendi avidus ex pro-
priâ filiâ Pelopeâ Ægi-
sthum suscêpit qui, ubi
adolevit, Atrei ejusdem
filium Agamemnonem in-
terêmit. Hinc *Atrída æ*, et
Atrídes æ, Atrei filius,
nempè et Agamemnon et
Menelâus.

ATTALUS Eumenis filius, et Pergami quæ est urbs minôris Asiæ, rex octavus : is ita dives erat ut pro ditissimo quolibet rege sumatur. Prole quum carêret, populum Romanum hereèdem instituit. Interim Aristonicus, Eumenis ex pellice filius, invasit Asiam, et Attali regiam occupavit : eum Perperna consul Romanus profligavit. Hinc *Attalicus a um.*

ATTICA æ, ea Græciæ regio in quâ Athenæ : hinc *Atticus a um.*

ATTIUS, vetus poêta Latînus qui plures tragœdias scripsit ; *atrox* ab Ovidio vocatur.

AUFIDIUS *Luscus* prætor Fundorum.

AUFIDUS (*l'Ofanto*) fluvius rapidissimus Apuliæ in Italiâ ultimâ.

AUGUSTUS : sic dictus est ab senatu Octavianus Cæsar ob ampliatum Romanum imperium : hinc *Augusteus a um.*

AULON *onis*, mons vini optimi ferax in Calabriâ non procul a Tarento.

AULIS *dis*, Bœotiæ portus : is Græcorum classi, quò tota conveniret ut Troiäm proficisceretur, condictus erat.

AULUS. V. CASCELLIUS.

AUSONIA, regio Italiæ in quâ regnavit *Auson* Ulyssis et Calypsûs filius : is in Italiam classe vênit anno ante U. C. ducentesimo et nonagesimo, inque eâ regnavit : inde *Ausonius a um* et *Ausonis idis.*

AVENTÎNUS unus e septem Romæ montibus, Capitolio meridionalis : erat Dianæ templo celebris.

AVERNUS *i*, pestifer Campaniæ lacus prope Baiäs, quem Plutoni dicatum et Inferorum limen esse rudis vetustas credidit. Dictus quasi ἄορνος, hoc est *avibus carens*, sive quod aves supervolantes gravis ejus odor enecaret, sive quod sulfureæ ejus exhalationes aërem usque adeò tenuarent, ut is aves

:re non posset: hinc
lis e.

IDIÊNUS, civis Ro-
Horatii ætate ob
et avaritiam malè

B.

:CHA *æ*, sic dice-
nulier quælibet, quæ
) operabatur.

:CHIUS, gladiator
ıominis ætate Hora-

:CHUS, Jovis et Se-
ilius, vini inventor;
t pro ipso vino poni
vit: hinc *Baccheus*
: *Bacchicus a um.*

:TRA *orum*, urbs
ınæ primaria, sic dic-
ctro fluvio qui eam

Æ arum, urbs Ita-
Campaniâ ad mare
num: eæ situs amœ-
agri fertilitate et
m salubritate erant
rimæ: terræ motu
sunt, anno Christi
: hinc BAIANUS *a*

.ATRO (Servilius)
scurra famosus et parasîtus. Serm. II. 8. 21.

BALBÎNUS, ineptus cujusdam Hagnes amator.

BANDUSIA, fons agri Venusíni, ubi nunc pagus *S. Gervasii.*

BARBARIA proprio quodam nomine ac peculiari a Græcis dicebatur Phrygia, quæ pars Asiæ minôris: hinc *Barbarus a um. Barbari*, inquit Festus, *dicebantur antiquitus gentes omnes, exceptis Græcis.*

BARINE *es*, nomen puellæ quam amavit Horatius.

BARIUM, (nunc *Bari*) urbs maritima Apuliæ.

BASSAREUS *ei*, Bacchi cognomen a *Bassari*: sic pellem lyncis Thraces nuncupabant; quâ quoniam utebantur mulieres ejus dei sacerdotes, *Bassarides* inde dicebantur.

BASSUS, immanis cujusdam potatoris nomen.

BELIDES, Beli neptes. Danaüs Beli filius quinquaginta filias suas filiis totidem fratris sui Ægypti col-

locavit, jussitque ut primâ nocte suum quæque marî tum interficerent. Hypermnestra sola Lynceo pepercit : quam ob impietatem hoc apud Inferos supplicio plectuntur, ut assiduè dolium pertusum aquâ cogantur implêre, e quo tantumdem effluat, quantum infundatur. V. DANAÏDES.

BELLONA, dea belli, Martis soror, quæ furiosos mortales efficit et belli avidos.

BENEVENTUM (*Beneventò*) urbs Italiæ mediterranea in Campaniâ occidentali : hinc *Beneventanus a um.*

BERECYNTHUS Phrygiæ mons in quo Cybele colebatur a Corybantibus, cornua et tympana dementi sonitu pulsantibus : hinc BERECYNTHIUS *a um.*

BIBULUS (*M. Calpurnius*) consulatum solâ desidiâ nobilem gessit anno U. C. 694.

BION *Biônis*, Borysthenites philosophus, idemque antîquus poëta Græcus, simulque maledicentissimus ; qui neque Diis neque hominibus pepercit; unde *Bionei sermones* pro maledicis et amaris proverbio celebrantur : hinc *Bionêus a um.*

BIRRHUS latro pessimus Horatianâ ætate.

BISTONIS *idis*, Thressa mulier, quæ etiam *Baccha* et *Mænas :* porrò *Bistones* partem Thraciæ obtinebant.

BITHUS nomen gladiatoris nobilis Horatianâ ætate.

BITHYNIA pars Asiæ minoris ad Bosporum Thracium : hinc *Bithynus a um.*

BŒOTIA erat Græciæ regio Eubœæ insulæ objecta : hinc *Bœos ôtis* (un Béotien) et *Bœotius a um.*

BOLANUS homo minimè malus, minimè cerebrosus, cujus aures nullis blaterantium vocibus obtundi poterant.

BOSPORUS, fretum quodlibet angustum est, per qnod facilè commeare boves possunt, a vocibus

s Βοῦς *bos* et Πόρος *tran-*
Ita præcipuè voca-
lud fretum quod in-
et inter Ægæum mare
opontidem, qui *Hel-*
tus vulgò appellatur.
LLESPONTUS.

EUNI, populus Al-
, Noricis et Vinde-
initimus.

ISEIS *eidis*, virgo re-
b Achille in bello
, ejusdemque ancilla
belli : hanc ob insi-
formam Achilli adê-
Agamemnon, unde
ille abstinuit.

ITANNI *orum*, insu-
ritanniæ incolæ quæ
Anglia dicitur : ea in
divisa erat partes,
im septemtrionalem
ebant Picti, meri-
ilem Britanni. Porrò
vocat Horatius *ulti-*
rbis Britannos, hi po-
erat Galliæ eam in-
is partem quæ nunc
ivus ager ac *Bononien-*
icitur.

RUNDUSIUM (*Brindi-*
bs maritima Calabriæ
aliâ extrémâ ad mare Hadriaticum, cum egregio portu, unde solvebant in Græciam profecturi : hinc *Brundusínus a um.*

BRUTUS (*Decimus Junius*) nomen Tyrannis fatale. Decimus Junius Brutus Romanæ libertatis diligèntissimus, unus fuit e præcipuis Cæsaris interfectoribus. In eum et Cassium bellum movit Octavius C. Julii Cæsaris ultor; qui ambo, commissâ prope Philippos urbem Macedoniæ pugnâ, periêre anno U. C. 712.

BULLATIUS, unus ex amicis Horatii.

BUPALUS pictor et Hipponax poêta exercebant inter se inimicitias : quum Bupalus Hipponactem, propositâ publicè tabellâ, ridiculè pinxisset, mordaci carmine sic ab eo est laceratus, ut doloris impatiens et ignominiæ, vítam laqueo finierit.

BYZANTIUM urbs vetus Thraciæ ad Bosporum Thracium a Lysandro Lacedæmonio condita, quam

auctam ornatamque Constantînus de suo nomine *Constantinopolim* appellavit, et Imperii Romani sedem fecit: hinc *Byzantius a um* et *Byzantinus a um.*

C.

CADMUS Agenoris Phœniciæ in Syriâ regis filius, Thebas in Bœotiâ condidit: senio confectus in serpentem mutatus est: hinc *Cadmeus a um.*

CÆCILIUS *Statius*, comicus, poëta insignis.

CÆCUBUS mons Latii prope Fundos ad sinum Caiëtanum, optimi vini ferax; nunc *monte di Gaeta:* hinc *Cæcubus a um.*

CÆSAR (*C. Julius*) C. filius, quem Cicero specímen humanitatis, salis, suavitatis et lepôris appellat, quique a Marianis occîsus est. C. autem Julius Cæsar fuit orator disertissimus, scriptor elegantissimus, dux præstantissimus. Galliam subêgit et Britanniæ partem, Pompeiüm debellavit, Romanam libertatem oppressit: unde in eum a nobilissimis Romanis conjuratum est. Periit in ipso Senatu tribus et viginti vulneribus confossus anno U. C. 709.

CALABRIA, ea pars est extremæ Italiæ quæ mare Ionium prospicit, magis in orientem ac meridiem vergens quàm Lucania, in quam per æstatem greges e Calabriâ transmittebantur: hinc *Calaber bra um.*

CALES *ium* urbs Italiæ in Campaniâ non procul a Capuâ, cujus ager optimi vini ferax: hinc *Calenus a um.*

CÆRIS *itis* adjectivum a CÆRE quæ priùs *Agylla* dicebatur, Hetruriæ in Italia urbe; cujus incolæ *Cærites.* Ii quum virgines Vestales bello Gallico Urbe profugas recepissent, jure civitatis donati erant: iidem postea a Romanis deficientes, indicto bello victi, eâ multati pœnâ sunt, ut jus quidem civitatis retinérent

llatum olim in Vesta-
neficium, sed suffra-
re privarentur ob de-
nem. Quo jure qui
ı privabantur a Cen-
ıs, quique ignomi-
otabantur, in Cæri-
abulas seu ceram re-
ıntur : scribebant
Romani in tabulis li-
cerâ obductis.

ALLIMACHUS, Cyre-
, poêta Græcus, in
s tersus et elegans :
ımmata præcipuè scri-
Floruit regnante Pto-
ɔ Philadelpho circa
n ante Chr. 280.

AMENÆ eædem quæ
. Auctor est Varro
b antíquis *Casmenas*
ırmenas dictas fuisse,
ɔostea, abjecto *r* vel *s*
:næ sunt appellatæ.

AMILLUS (*L. Furius*)
ınorum ætatis suæ cla-
ıus : Veios urbem ce-
ıno U. C. 358 ; Gal-
ɔomâ ejêcit, ideóque
ılus alter dictus est.

AMPANUS *a um*, e
ɔaniâ, regione Italiæ
issimâ.

CAMPUS simpliciter, vel CAMPUS MARTIUS : planities erat inter Tiberim et collem Quirinalem ubi habebantur Comitia ; ubi ferebantur suffragia ad creandos Magistratus, etc.

CANIDIA, mulier veneficiis ac pessimis artibus infamis. V. GRATIDIA.

CALVUS (*Licinius*) elegias et epigrammata scripsit miro Latíni sermonis candore.

CANTABRIA *æ*, pars Hispaniæ Tarragonensis ad mare Cantabricum, Asturibus confinis, ubi nunc ferè *Biscaia* est : hinc *Cantaber* Cantabriæ incola, et *Cantaber bra um*, et *Cantabricus a um*. Porrò fuerunt olim Cantabri omnium Hispanorum efferatissimi, nullamque sine armis vitam existimabant : hos Romani postrémo loco et ægre domuérunt.

CANUSIUM, (*Canosa*) Italiæ urbs in Apuliâ ad Aufidum amnem : hinc *Canusînus a um*.

CAPITO. V. FONTEIUS.

CAPITOLÎNUS. V. PETILLIUS.

CAPITOLIUM Jovis templum, omnium magnificentissimum in Tarpeïo clivo a Tarquinio Prisco cœptum, a Tarquinio Superbo exædificatum : hinc *Capitolinus a um.*

CAPPADOCIA Asiæ minoris pars ingens, Ponto Euxíno objacens, inter Armeniam, Ciliciam, Isauriam, Lycaoniam et Paphlagoniam. Reges habuit quindecim per annos trecentos et duodeseptuaginta : a Tiberio Imperatore Romana provincia facta est. Hinc *Cappadox ocis* et *Capadocius a um.*

CAPRIUS, delator tæterrimus sub Augusto.

CAPUA (*Capoue*) urbs Campaniæ princeps, olim Romæ æmula : hinc *Campanus a um.*

CARPATHOS *i*, (*Scarpanto*) maris Mediterranei insula inter Rhodum et Cretam: hinc *Carpathius a um.*

CARTHAGO *inis*, Urbs Africæ totîus celeberrima, Romæque aliquamdiu æmula; a Didone Tyriâ condita est septuagesimo post Romam conditam anno. Eo autem potentiæ a tenuissimis primordiis paullatim excrêvit, ut non modò Libyæ universæ, sed etiam insularum et bonæ partis Hispaniæ imperium tenuerit: hinc *Carthaginiensis e.*

CASPIUM *mare* : Persidem habet a meridie et Tartariam a Septemtrione.

CASCELLIUS » Scævolu, quotiescumque de » jure prædiatorio consulebatur, ad Furium et » ad Cascellium consultores rejiciebat ». Val. Max.

CASSIUS Hetruscus qui et *Parmensis* dictus est, poëta cujus ingenium rapido amni ferventius. Is secutus erat Antonii partes contra Augustum a quo mori jussus est : eum capsis librisque ambustum propriis fama est.

CASTOR Ledæ filius, Helenæ frater : hic cum fratre

'olluce inter sidera re-
est, et navigantibus
favêre crediti.

ATIA, mulier Roma-
xûs perditissimi.

ATIENUS, actor tra-
, vocalis admodum.

ATILUS, Alcmæonis
, Amphiarai nepos,
ris conditor.

ATIUS philosophus
irêus, Ciceroni et
tio amîcus.

ATO (*M. Porcius.*) Catones fuêre probi-
ac severitatis laude
, alter *Censorius* co-
inatus, alter *Uticen-*
cujus morte nihil erat
Romanos nobilius :
Catonianus a um.

ATULLUS, Poêta Ve-
isis, natus anno U.
57. epigrammata alia-
ionnulla scripsit : La-
puritatis scriptor re-
issimus, alioqui las-
in primis : hinc *Ca-*
nus a um.

AUCASUS, mons Asiæ
simus, Ponto Euxino
ire Caspium Septem-
em versùs : ob præru-
ptas ab omni parte rupes
incolas nullos admittit,
unde *inhospitalis* dicitur :
hinc *Caucaseus a um.*

CEA sive CEOS, insula
maris Ægæi, prope Eu-
bœam, Simonidis patria :
hinc *Ceus a um.*

CECROPS *opis*, primus
Atheniensium rex fuit : ve-
nerat ex Ægypto in *Acticam*
sic dictam ab Actæo ejus
indigenâ, eamque ex *Acti-*
câ Cecropiam fecit : hinc
Cecropius a um.

CELSUS *Pedo Albino-*
vanus, Poeta eximius, cu-
jus exstant Elegiæ omnino
duæ, una in obitum Mæce-
nâtis, altera ad Liviam de
Drusi morte.

CENTAURUS. Erant
Centauri Thessaliæ populi,
Pelio monti accolæ : primi
equos domare et ex iis pu-
gnare cœpérunt. Eos Ixio-
nis et Nebulæ filios fuisse
fabulati sunt poetæ : hinc
Centaurêus a um.

CERAUNIA *orum*,
montes Epíri altissimi.

CERBERUS, canis tri-
ceps, Inferorum custos :

hinc *Cerbereus a um.*

CERES *eris*, Saturni et Opis filia, frugum inventrix : ex eâ Juppiter Proserpinam suscêpit : hinc *Cereàlis* et *Cerritus a um.*

CERINTHUS, nebulo quidam nequissimus.

CETHÊGUS (*M. Cornelius*) vir eloquentissimus, qui, teste Ennio, Suádæ medulla dicebatur. Consulatum gessit anno 549.

CHARON *ontis*, Erebi et Noctis filius, Inferorum janitor : mortuorum animas trans Stygem devehebat.

CHARYBDIS fuit mulierum rapacissima, quæ icta fulmine ab Jove ob raptos Herculi boves, in monstrum seu voraginem conversa est. Gurges itáque est in freto Siculo, nunc *il capo di Faro.*

CHIMÆRA, mons Lyciæ ignivomus, in cujus cacumine leones habitabant, in medio capræ, in radicibus serpentes : hoc monstrum domuit Bellerophontes : hinc *Chimæreus a um.*

CHIOS insula est Ægæi maris inter insulas Samum et Lesbum : Ioniæ objacet, vini generosi ferax : hinc *Chius a um.*

CHŒRILUS, poêta pessimus, æqualis Alexandri cui gratus fuit. Fuit alius antiquior, patriâ Samius, poêta optimus, qui versibus Marathoniam de Xerxe victoriam cecinit, cujus carminis pro versibus singulis singulos accépit aureos statéres.

CHREMES *etis*, senex avarus a Terentio in fabulis decantatus.

CHRYSIPPUS, philosophus Stoïcus, Cleanthis audîtor, post quem etiam scholæ Stoïcæ præfuit. Scripsit volumina ferè 80. Erat in dialecticis acutissimus : hinc *Chrysippêus a um.*

CIRCA *æ*, Solis filia, veneficiorum peritissima : ea Ulyssem tempestate jactatum excêpit, sociosque ejus in porcos mutavit : hinc *Circæus a um. Circæis mœnibus* significatur Tusculum a Telegono Circes filio conditum.

IRCUS *i* (*le Cirque*) Romæ spatium ferè ıdum, in morem ıgi circuli, septum ciis et porticibus, ludi publici specta- ır et certamina præ- n curulia. Tres erant ɛ *Circi* præcipui: *Cir- ıaximus* inter Palatî- ɛt Aventînum montes, *inius* sive *Apollinaris* procul a Tiberi, et *ıianus* in Vaticano.

LAZOMENÆ *arum*, Ioniæ in Asia, dives ɔpulosa, Anaxagoræ ı: hinc *Clazomenius*.

EOPATRA, Ptolemæi æ filia, Ægypti regî- ıulier impudicissima: ɔ Cæsare primùm ada- est, deinde ab Anto- ıstæ uxoris loco ha-

O *ûs*, musarum una.

ISIUM, (*Chiugi*) urbs ıriæ orientalis: hinc *ıus a um*.

NIDUS *i* (*Gnide*) urbs ɛ erat, Veneri sacra, remo cornu pæninsu- inc *Cnidius a um*.

COCCEIUS *Nerva*, jurisconsultus peritissimus, Imperatoris Nervæ avus, Augusto juxta et Antonio carissimus.

COCYTUS *i*, Inferorum fluvius; κωκυω *lamentor*.

CODRUS, Atheniensium rex ultimus. Orto inter Dorienses et Athenienses bello, responsum ab oraculo fuerat eos superiores fore, quorum dux in acie cecidisset. Codrus, sumtâ pastorali veste, hostium agmen ingressus, dum rixam cum gregario milite de industria movet, ab eo interfectus est: ita suis victoriam peperit.

COLCHIS *idis* (nunc *la Mingrelie*:) regio Asiæ est Ponto-Euxino contigua ad orientem: hinc *Colchus a um*, et *Colchicus a um*.

COLCHIS *idis*, adjectivum femininí generis; sic vocatur *Medêa*.

COLOPHON *onis*, urbs Asiæ in Ionia, nobilis oraculo Apollinis. Colophonii equites in bello adeò præstitérunt, ut quam partem

essent secuti, eam victoria sequerêtur. Hinc Colophonem partibus suis adjungere quum idem esset atque victoriam suam facere, fluxit locutio *Colophonem addere* pro *Summam manum operi imponere, rem perfectam habêre.*

COOS *Coi*, insula maris Ægæi, Cariæ objacens, non longè ab Rhodo, Hippocratis et Apellis patria: in ea texebantur vestes tenuissimæ ad feminarum ornatum, quæ *Coæ* vocabantur.

CORINTHUS *i*, urbs Achaiæ princeps, in faucibus isthmi inter sinus duos, scilicet Corinthiacum qui pars est Ionii maris, et Saronicum qui Ægæi: unde *bimaris* dicitur. A Corintho Pelopis filio a quo restituta est, nomen invênit; nam antea *Ephyre* dicebatur, unde *Ephyrêus a um.* Fuit omnium Græcarum urbium nobilissima tum propter studia omnium bonarum artium et liberalium disciplinarum, tum propter gemini portûs opportunitatem. Hinc *Corinthius a um* et *Corinthiacus a um.*

CORVÎNUS. V. MESSALLA.

CORYBAS *antis.* Corybantes erant Cybeles sacerdotes, ita dicti a voce Græcâ κορύπτειν, *caput saltando jactare.* V. GALLUS.

CORYCUS, mons Ciliciæ altissimus, in Asia minori, optimi croci ferax: hinc *Corycius a um.*

COTISON *onis*, Dacorum rex, Dicomæ filius.

COTYTTO *ûs* dea erat impudicitiæ: hinc *Cotyttius a um.*

CRAGUS, Lyciæ mons in Asia minore.

CRANTOR *oris*, insignis inter Academicos philosophus. Scripsit non magnum, at aureum librum de *Luctu* seu *Mœroris* consolatione.

CRASSUS (*M. Publius*), Romanorum omnium ditissimus: triumvir fuit cum Cæsare et Pompeio. Quum ei Syria sorte obtigisset, profectus ad bellum Parthicum cum filio a Surenâ

gis præfecto captus
:rfectus est.

ESSA *æ* adjectivum
s femininí, *e Creta.*

.ETA *æ*, insula maris
erranei ad meridiem
maris, centum urbi-
obilis. In eâ insulâ
:ur terra quædam al-
ıa Thraces solebant
s vitæ suæ dies no-
hinc *Cres ētis*, *Cretí-
um* et *Cretensis e.*

SPĪNUS, Stoïcus phi-
ıus, idemque poêta
ptimus.

:ŒSUS, Alyattæ fi-
Lydiæ rex, omnium
ıteâ floruissent ditis-
: victus a Cyro est.

ıRIUS (*M.*) Roma-
ivis exactissimæ fru-
:is et perspectæ forti-
s: Pyrrhum Epirota-
egem acie victum ex
expulit.

CLADES, insulæ sunt
Ægæi numero tres et
ıaginta, circa Delum
unde illis nomen.

:CLŌPES, Neptuni et
ıitrítes filii, Vulcani
:ri; sic dicti ab eo
quem unicum habérent
oculum in mediâ fronte
situm: *κυκλος circulus*, *ωψ
oculus.*

CYDON *onis*, urbs Cretæ
non ignobilis: hinc *Cydo-
nius a um.*

CYLLENE *es*, Arcadiæ
mons in quo natus est
Mercurius lyræ inventor:
hinc *Cyllenēus a um.*

CYNARA, mulier Ho-
ratio adamata.

CYNICUS *κυνικος* Græca
vox est, Latinè *canīnus.*
Cynici vocati sunt philoso-
phi quidam impudentes et
obtrectatores, qui canum
more quoslibet allatrabant:
horum princeps Diogenes
Sinopēus, quæ urbs Ponti
est.

CYNTHUS, Deli insulæ
mons in quo Latona Apol-
linem et Dianam peperit:
inde Apollo dictus est
Cynthius, et Diana *Cynthia.*

CYPRUS, maris Mediter-
ranei insula, omnium maxi-
mè orientalis: hinc *Cy-
prius a um.*

CYRUS Cambysis filius
ex Mandane Astyagis Me-

dorum regis filiâ : Astyage devicto, Medorum imperium transtulit ad Persas, sicque Persarum rex primus fuit.

CYTHERA *orum* (*Cerigo*) Mediterranei maris insula inter Peloponnêsum et Cretam, ubi Venus maximè colebatur : unde *Cytherêa* peculiariter vocatur.

D

DACUS. *Daci* et *Dacæ*, gens Scythica ac barbara, eam regionem obtinebant quam nunc habent Transsilvani, Moldavi ac Valachi : hinc *Dacicus a um.*

DÆDALUS Atheniensis, faber insignis, omnium suæ ætatis artificum ingeniosissimus ; ut pote qui primus serram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum et lithocollam invenerit ; primusque omnium vela et antennas navi imposuerit. Statuis quoque immobilibus oculos induxit, et additis quibusdam nervis effêcit ut huc atque illuc moverentur adeò scítè, ut spectantibus vivere viderentur. Labyrinthum in Cretâ ædificavit, in eoque postea inclusus, alis e cerâ compactis, unà cum Icaro filio evolavit. Hinc *Dædaleus a um* et *Dædalus.*

DALMATIA, Illyrici pars, contermina Liburniæ occasum versùs. Dalmatæ ejus incolæ, Augusti olim auspiciis imperio Romano additi : hinc *Dalmaticus a um.*

DAMA, nomen commune servis et libertis.

DAMALIS, potatrix quædam insignis.

DAMASIPPUS (*M. Junius*), senator ac philosophus Stoïcus, homo perditè curiosus et emax : quibus artibus quum fortunarum naufragium fecisset, se in philosophiæ portum contulit.

DANAE, filia Acrisii regis Argivorum. Is audierat se vitâ et regno a nepote privatum iri ; quare filiam, ne quis vir ad eam adspiraret, turri aheneâ inclusit : Juppiter in pluviam auream

ɛrsus, e Danae genuit
ɪum, a quo Acrisius
ɛectus est: *Danaêus.*

ANAUS et Ægyptus
ɛs Belo geniti fuêre:
lios quinquaginta, ille
totidem susceperat.
ɔti filiis nupsérunt Da-
uellæ, et viros suos
ıuptiarum nocte jugu-
t præter unam Hy-
nestram quæ Lynceum
ɪum servavit. Eæ *Da-*
s a Danao patre, *Be-*
a Belo avo vocantur.

ɛLIDES.

ıRDANUS, Jove et Ele-
Atlantis filiâ natus,
ı Jasium fratrem in-
nisset, in Samothra-
insulam venit, inde
ɜiam, ubi loca Helles-
o proxima tenuit, ur-
Dardanum condidit,
ɔnemque *Dardaniam*
inavit: hinc *Darda-*
ı *um* et *Dardanius.*

ɔAUNIAS *adis*, ea pars
liæ est ex quâ Horatius
ndus; Apulia verò pars
æ: unde *Camena Dau-*
idem est quod *Camena*
ı seu *Latîna.*

DAUNUS, Pilumni et Danaës filius, rex Apuliæ, terræ aridæ et siticulosæ, a quo *Daunia* dicta est.

DAVUS, nomen servi decantatum in fabulis Terentianis.

DECIUS (P.) consul, anno U. C. 414, bello Latíno pro exercitu se devovit, et in mediam hostium aciem equo admisso, fortiter occubuit.

DEIPHOBUS, Priami filius, tertius Helenæ, interemto Paride, marîtus.

DELLIUS, orator et poêta insignis.

DELOS *i*, maris Ægæi insula, Cycladum clarissima, natalis Apollini et Dianæ: hinc *Delius a um.*

DELPHI *orum*, urbs Græciæ in finibus Phocidis et Bœotiæ, in qua templum illud Apollinis celeberrimum, unde oracula petebantur: hinc *Delphicus a um.*

DEMETRIUS, Horatio malevolus: is erat modulator, modosque musicos puellas ingenuas docebat.

DIANA, Jovis et Latonæ

filia : virginitatem perpetuò coluit, silvasque venando incoluit; unde *silvarum nemorumque dea* dicta est.

DIESPITER, sic vocabatur Juppiter, quasi *diei Pater.*

DIGENTIA, fluviolus in Sabínis qui villam Horatii rigabat.

DIOMEDES, Tydei filius, Ætoliæ in Græcia rex, post Achillem et Aiácem Græcorum ducum fortissimus, a quo Mars ipse vulneratus est. Confecto bello Troiáno, Ægiales uxoris libidinosæ odio, domum reverti noluit, et in Apuliam se contulit, ubî urbem Arpos condidit: hinc *Diomedêus a um.*

DIONE *es*, Oceani filia et Tethyos, Veneris ex Jove mater: hinc *Dionêus a um.*

DIONYSIUS. V. BACCHUS: est etiam nomen servîle.

DIRCE *es*, fons Bœotiæ, non procul a Thebis Pindari patriâ, qui inde *Dircêus cycnus* dictus est.

DOLICHOS *i*, nobilis gladiator, Horatio suppar.

DORIA et DORICA, nomina ejus partis Achaiæ quæ Athénis proxima erat: hujus incolæ *Dores*: hinc *Doricus a um.*

DOSSENNUS, poëta comicus, Horatii ætate nobilis.

DRUSUS (*Tiberius Nero*) suam uxorem Liviam Augusto petenti concessit, jam gravidam: hæc tertio post quàm Augusto nupserat mense, Drusum peperit, eodemque anno decessit Tiberius Nero, qui Augustum Druso ejusque fratri Tiberio jam ferè quadrímo tutorem testamento dixit.

DYNDIMUS mons Phrygiæ in quo Cybele peculiariter colebatur: inde ea *Dyndimene* dicitur.

E

ECHÎON, unus ex illis viris qui nati sunt ex serpentis dentibus quos Cadmus terræ mandaverat. Cadmi gener fuit, et rex

Thebarum secundus : unde et Thebæ *Echioniæ* dictæ sunt, et Thebani *Echionidæ*.

EDONI *orum*, Thraciæ gens : hinc *Edonius a um*.

EGERIA dea, Numæ Pompilii uxor.

ELECTRA, Agamemnonis filia et Orestis soror : ea cœlibem vitam dêgit.

ELIS *idis*, urbs Græciæ in Peloponnéso occidentali ad fluvium Alphæum non procul ab Olympiâ : ei circumjecta regio *Elis* etiam dicebatur. Ibi ineunte quarto quoque anno celebrabantur clarissima omnium certamina in honorem Jovis, quæ *Elea* et *Olympia* vocabantur. Hinc *Eleus a um*.

EMPEDOCLES, philosophus Agrigentinus in Siciliâ, et poêta egregius, qui *De rerum naturâ* versibus scripsit. Is omne quod movetur et vivit, non putavit edendum, et cuncta constare ex lîte amicitiâque inter se dissentientibus. Hic, dum Deus immortalis haberi cupit, in ardentem Ætnam quum insiliisset, periit : hinc *Empedoclêus*.

ENCELADUS, Gigantium omnium qui adversus Jovem conjurarunt, longè maximus : illum Juppiter fulmine ictum monti Ætnæ supposuit.

ENIPEUS, nomen fictum sub quo latet adolescens quidam Campi Martii gloria.

ENNIUS (*Q.*) poëta historicus et philosophus, Raudiis Calabriæ oppido natus : scripsit Satyras, Comœdias, Tragœdias, et res gestas Scipionis Africani majoris cujus æqualis fuit, in octodecim *Annalium* quos ab urbe conditâ deduxerat, libris, qui omnes majore parte intercidérunt. Scipionem maximè coluit, adeóque vicissim illi carus fuit, ut alter ab altero ne sepulturâ quidem divelli voluerit. Obiit an. U. C. 585.

EOS : Ἠώς a Græcis dicitur, quam Latíni *Auroram* vocabant : hinc *Eous a um*, Latínè *orientalis e*.

EPHESUS *i*, urbs Ioniæ,

emporium totîus Asiæ minoris celeberrimum : olim Ephesinæ Dianæ templo inclyta: hinc *Ephesius a um.*

EPICHARMUS, Syracusanus, poëta comicus et philosophus insîgnis : Pytagoræ audîtor fuerat : scripsit *De naturâ rerum* et *De medicinâ.*

EPICURUS, philosophus Græcus qui summum hominis bonum in voluptate ponebat, non corporis ut Aristippus, sed animi, id est, in omnis doloris carentiâ. Fuit continentissimæ vitæ, auctor sectæ Epicuréæ quæ ob voluptatem in bonis corporis repositam malè audiit.

EPIDAURUS, urbs Peloponnesi maritima, Æsculapii templo celeberrima : hinc *Epidaurius a um.*

ERYMANTHUS, mons Arcadiæ, Dianæ sacer.

ERYX *Erycis*, mons erat Siciliæ, templo Veneris inclytus : hinc illa ERYCINA vocitata est.

ESQUILIÆ *arum*, unus erat e septem Romæ collibus : in eo sumebatur supplicium de facinorosis, nec non sepeliebantur cadavera plebis infimæ. Magnam ejus montis partem emit Mæcénas, repurgavit, hortosque ibi amœnissimos fêcit. Hinc *Esquilînus a um.*

EUMENIDES, (Græcè Εὐμενίδες) Latinè *propitiæ, placabiles* per antiphrasin, quasi quæ minimè lætæ sint : erant furiæ infernales, Acherontis et Noctis filiæ, tres Alecto, Megæra et Tisiphone.

EUPOLIS, Græcus, poëta veteris Comœdiæ : tantæ fuit apud suos existimationis, ut quum ad militiam profectus, naufragio facto, periisset, publicè vetitum sit ne quis poëta militaret.

EUROPE *es*, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Juppiter in taurum mutatus medios inter fluctus in Cretam deportavit.

EUTERPE, una Musarum, quæ mathemata invênit.

EUTRAPELUS (*M. Volumnius*) homo festivissi-

ac dicacissimus, quod onstrant duæ Cicero- ıd ipsum Epistolæ Lib. postrémæ.

'ANDER, Arcadum rex e Græciâ in Italiam :niens in Palatíno mon- onsêdit, et cum Æneâ us icit : hinc *Evan- ı à um.*

VIAS *adis*, Bacchi sa- os et comes.

VIUS, unum e Bacchi inibus, ipsi ab Jove) Gigantéo inditum.

F

ABIA *gens*, Romæ no- sima ac potentissima, e triginta quinque tri- ıs nomen dederat.

ABIUS, garrulus qui- Horatianâ ætate no-

ABRICIUS (M.) apud ıanos paupertatis nor- t exemplum, qui patel- et salînum ex argento ım, colendorum Deo- caussâ, domui habuit, ımen ut patella corneo culo sustineretur. Idem ia bella gessit, Samnitium dona fortiter sprêvit, ac Pyrrhum vîcit.

FABRICIUS pons habet a conditore vocabulum, Fabricio scilicet Consule. *V. Schol.* Insulam Tiberînam Urbi jungebat.

FALERNUS, mons et ager Campaniæ inter Calênum et Sinuessam. Falernum vinum acre et austêrum magno erat in pretio.

FANNIUS, poêta non optimus.

FAUNUS antiquissimus Aboriginum rex, filius Pici, pater Latíni : ab eo genita putantur rustica ea numina quos *Faunos* seu Silvanos appellabant.

FAUSTA Sullæ filia : M. Annio Miloni nupserat.

FERENTINUM, urbs Latii infrequens.

FERONIA, Jovis Anxuris uxor, dea a servis, præsertim quum libertate donabantur, coli solita : fons ei sacer videbatur prope Terracinam.

FESCENNIA, urbs Tusciæ : hujus in agro rustici primi invenêre illos versus

inter vina fusos ex tempore, eosque ferè obscenos: hinc *Fescennina* Carmina vulgò sumuntur pro spurcis et petulantibus.

FIDENÆ *arum*, urbs Latinorum mediterranea.

FIDES *ei*, (la Fidélité.) Dea quæ fidei præerat.

FLACCUS, Horatii cognomen.

FLAVIUS, docebat Venusiæ artem legendi, scribendi et numerandi. *V. Schol.*

FLORUS (*Julius*) amîcus Horatii, et in præcipuâ apud Tiberium quem comitabatur, gratiâ.

FOLIA Ariminensis, venefica.

FONTEIUS *Capito*, politissimus homo et elegantissimus.

FORMIÆ *arum*, urbs Campaniæ maritima juxta Caïetam, Læstrygonum quondam sedes: hinc *Formianus a um.*

FORTUNA dea credita est antíquis. Antii religiosissimè colebatur: nihil magnificentius templo quod Præneste habebat.

FORUM *Appii*, oppidum Latii in viâ Appiâ, ubi nunc *Santo Donato.*

FUFFIDIUS, Romanus, homo et locupletissimus et avarus.

FULVIUS, nomen gladiatoris notissimi.

FUNDANIUS, poêta comicus dicacissimus.

FUNDI *orum* (*Fondi*) oppidum Latii in Viâ Appiâ.

FURIÆ. V. EUMENIDES.

FURIUS (C.) Horatii amîcus: Item alius *M. Furius Bibaculus* poêta Latînus, qui *Pragmatia* Belli Gallici scripsit. *Vet. Schol.*

FURNIUS, homo candidus, Historiarum elegantiâ clarus.

FUSCUS. V. ARISTIUS.

FUSIUS, Tragœdiarum actor nobilis.

G

GABII *orum*, urbs Volscorum in Latio: hinc *Gabinus a um.*

GADES *ium*, (*Cadiz*) pæninsula et urbs Bœticæ objacens, a Tyriis condi-

ɔpe fretum quod ab
ıditanum vocatur.
ETULIA, pars Libyæ
oris Garamantibus fi-
a: hinc *Getûlus a um.*
ALATÊA, nomen ma-
: Romanæ.
ALBA (*Servius*) Ju-
ısultus nobilis.
ALESUS Fluvius Cala-
non procul a Tarento.
ALLIA, pars nobilis
ɔæ, Oceano, Rheno,
ɔus et Pyrenæo con-
: hinc *Gallus a um,*
ıllicus a um.
ALLÎNA, gladiator
is Horatii ætate.
ALLONIUS (*Gurges*)
ɔ natus abdomini et
: hunc Lucilius ne-
: umquam cœnasse
, quod numquam
ens cœnasset.
ALLUS, sacerdos Cy-
ɔ quilibet. *Galli* dice-
ur a Gallo Phrygiæ
ɔ, cujus aquâ potâ
ıiebant: hinc apud
lium *Gallicus a um.*
ANYMEDES, Troïs
änorum regis filius,
egregiè formosus Jo-
vis jussu ab aquilâ raptus
ut nectar Superis in cœlo
miscêret.

GARGANUS, promontorium Apuliæ in Italiâ, trecentis stadiis in mare Hadriaticum procurrens.

GARGILIUS, nebulo quidam ignobilis.

GARGONIUS, homo notissimus, malè olens.

GELONI, Asiæ populi, iidem qui Alani et Roxalani sive Russi.

GENAUNI, populus Alpînus, finitimus Noricis et Vindelicis.

GENIUS, vitæ ac voluptatis præses Deus: hinc *Genialis e.*

GERMANIA, regio Europæ latissima, Rheno, Danubio et Vistula contenta: hinc *Germanus a um*, et *Germanicus a um.*

GERYON *onis*, Chrysaoris filius, tricorpor: rex fuit insularum prope Hispaniam trium, Ebusi videlicet et Balearidum duarum; hunc perêmit Hercules, et ejus boves in Italiam abêgit.

GETÆ *arum*, populi Scythiæ Europeæ, qui ad Pontum in Orientem vergunt : iidem *Gothi* postea dicti : hinc *Geticus a um.*

GIGANTES *ium*, Terræ filii : sæpe pro Titanibus sumuntur : hinc *Gigantêus a um.*

GLAUCUS, Hippolochi Lyciorum regis filius, juvenis ignavus. Troiänis auxilio venerat; commisso prœlio incidit in Diomêdem Græcorum ducem, virum fortissimum, cujus adspectu sic territus est, ut de pace statim egerit, et arma sua aurea cum ejus æreis mutaverit.

GLYCERA, puella ab Horatio amata.

GLYCON, athleta celebris, idemque philosophus et rhetor bonus.

GNATIA, urbs mediterranea Peucetiæ, inter Barium et Brundusium sita, hodie *Gnazzi.*

GNOSSUS (*Ginosa*) urbs Cretæ insulæ : hinc *Gnossius a um.*

GRACCHUS. Gracchi duo fuérunt, oratores eximii, Tiberius et Caius, filii Sempronii Gracchi et Corneliæ Scipionis majoris filiæ : hinc *Gracchanus a um.*

GRÆCIA, pars ingens Europæ ab Isthmi Corinthiaci angustiis ad Thraciam usque : gens omni disciplinarum genere olim excultissima ; semper tamen levitatis vanitatisque nomine malè audîvit : hinc *Græcus* et *Græcanicus a um.*

GRAIUS *a um*, idem quod *Græcus a um.*

GRATIÆ, Græcè *Charites* : tres erant Aglaia, Euphrosine et Thalia ; Jovis filiæ, Veneris asseclæ et Mercurii comites.

GRATIDIA : ea est quæ falso nomine *Canidia.*

GROSPHUS *Pompeius*, philosophus.

GYAS *æ*, Terræ filius, unus e Centimanis.

GYGES, Græcus quidam, Horatii amîcus.

H

HADRIA *æ*, sinus ingens maris Mediterranei :

ctus olim ab oppido
a, nunc ditionis Ve-
hinc *Hadrianus a um,*
ıdriaticus a um.

ÆMONIA *æ*, sic vo-
ıst ab *Hæmone* Deuca-
; filio ea Græciæ pars
ıostea *Thessalia* dicta

ÆMUS, mons Thraciæ.

ARPYIÆ, Ponti et
ɛ filiæ tres, Aello,
ıete et Celæno : erant
ıtra quædam virginum
instructa, rapacia,
ıi voracitate et inglu-

BRUS, Thraciæ fluvius
ıdope monte nascens,
Ægæum mare influens.
nomen adolescentuli.

ECATE *es*, eadem erat
roserpina, Luna et
a : unde *triceps* dice-
r.

ECTOR, filius Priami,
s inter Troiānos duces
: par Achilli, a quo ta-
cæsus est : ex Andro-
ıe conjuge genuit As-
actem : hinc *Hectoreus,*

ELENA *æ* sive HELENE
ovis et Ledæ filia, Me-
nelaï Laconiæ regis uxor : quum cæteris ætatis suæ feminis formæ elegantiâ præstaret, a Paride Troiāno rapta belli Troiāni caussa fuit.

HELICON, mons Bœotiæ, Parnasso vicînus et Musis sacer : hinc *Heliconius a um.*

HELIODŌRUS Græcus, rhetor longè doctissimus.

HELLAS *adis*, amîca Marii cujusdam Horatianâ ætate noti, a quo vel vulnerata vel interfecta est. Hellas (*adis*) priùs dicta est ea terra quæ deinde Græcia dicta est.

HERCULES *is*, Jovis et Alcmenæ filius, heroûm omnium celeberrimus, nemini non notus : hinc *Herculeus, a, um.*

HERMOGENES, duplex apud Horatium, uterque cantator egregius ; unus est Hermogenes Tigellius natione Sardus, musicæ peritus et scurra non inficêtus ; quibus artibus C. Julio Cæsari et ipsi Augusto jucundus fuit, magnasque opes quas malè profudit, colle-

git : alter erat Horatio malevolus.

HERODES *is*, Judæorum rex : magnas opes e palmétis cogebat.

HESPERIA, nomen tàm Italiæ quàm Hispaniæ commune: quoties *Hesperia* sine adjectione occurrit, Italia ferè intelligitur. *Hesperia ultima* Hispania est. Hesperia dicitur ab *Hespero* stellâ quæ Solem occidentem sequitur: hinc *Hesperius a um.*

HETRURIA *æ*, regio Italiæ maritima inter Liguriam et Latium a Macra ad Tiberim usque: hinc *Hetruscus a um.*

HIPPOLYTE, Magnessa, Acasti Thessalorum regis uxor, quæ quum Peleum amaret, neque ille contrà ejus amori obsequi vellet, Peleum ultro de stupri appellatione apud virum accusavit, qui insontem leonibus objêcit.

HIPPOLYTUS Thesei et Hippolytæ Amazonis filius, a Phædra novercâ amatus, cujus amori respondêre noluit : ab ea apud patrem accusatus tamquam de stupro eam appellasset, Theseus filio malè precatus Neptunum rogavit ut pœnas ab eo repeteret. Neptûnus eduxit e mari phocas, quibus exterriti equi currum Hippolyti trahentes, miserum adolescentem per scopulos et saxa traxérunt, variasque in partes discerpsérunt.

HIPPONAX, poëta Ephesius. V. Bupalus.

HOMÊRUS, Græcorum poëtarum princeps, conditor Iliadis et Odysseæ: hinc *Homerêus a um.*

HYADES *um*, Atlantis filiæ, a verbo Græco ὕω, *pluo*. Sic vocantur stellæ septem in capite Tauri positæ, quæ pluvias dicuntur importare. Dictæ autem sunt Hyades a fratre Hyante quem ab leone devoratum quum flérent inconsolabiliter, deorum commiseratione in stellas septem conversæ sunt, quæ adhuc pronæ videntur ad fletum. V. ATLANTIDES.

ASPES *is*, fluvius
r Parthos et Medos
in Indiam usque
ar.

EUS, unus e Cen-
tem unus e Gigan-

ETTUS, mons At-
io nascebantur flo-
ratissimi, unde
tima : indidem ef-
tur marmora pul-
: hinc *Hymettius*

RBOREUS *a um*,
Boreæ subjectus,
malis : sic vocan-
septemtrionales,
di Russia est.

MNESTRA : Danai
V. BELIDES.

EA, femina quæ-
iana Plautiæ gen-
minimè videbat.

I

US, Cœli et Terræ
r apud Thessalos
nagisque filiorum
â virtute clarus.
mpham duxit uxo-
âque filios suscê-
pit Hesperum, Atlantem, Epimetheum et Prometheum : hinc *Iapetides æ.*

IAPYX *ygis*, qui et *Caurus* : ventus ex Iapygiâ quæ post modum Apulia dicta est, flans, eóque utilis ex eâ regione in Græciam navigantibus.

IARBITAS, malus Timagenis cantoris imitator.

IASON, Æsonis filius, Thessalus. V. ARGONAUTÆ.

IBERIA (*la Géorgie*) Asiæ regio veneficiis infâmis : sic dicta quoque est Hispania a flumine Ibéro : hinc *Iber* et *Ibêrus a um*, unde *Ibericus a um*, idem quod *Hispanicus a um.*

IBYCUS, homo pauper.

ICARUS, filius Dædali, qui unà cum patre e Cretâ evolans, dum juveníli audaciâ paterna spernens monita justo altiùs fertur, liquefactâ solis ardore cerâ qua conglutinatæ erant pennæ, alisque dissolutis, in eam maris Ægæi partem decîdit quæ de ejus nomine *Icarium* mare di-

ctum est : hinc *Icareus a um*, et *Icarius a um.*

Iccius (*Ælius Largus*), V. Horatii *vitam* in anno D. C C. XX.

Ida, mons Phrygiæ, vicînus Troïæ : est et alius cognominis mons in Cretâ insula : hinc *Idæus a um.*

Ilerda (*Lerida*) urbs Hispaniæ citerioris.

Ilia, Rhea et Silvia, tria sunt nomina matris Romuli : ea uxor fluvii Tiberis a poêtis dicta est : binc *Iliades æ.*

Iliona, maxima filiarum Priami, Polymnestoris Thraciæ regis uxor, et Polydóri mater. Attius tragœdiam *Ilionam* scripserat, in qua inducebat Polydóri umbram Ilionæ matri se offerentem ut eam monêret de illatâ sibi nece.

Ilios et *Ilium*, Troïæ nomen ab Ilo rege quarto : hinc *Iliacus a um.*

Ilithyîa, nomen Dianæ eò quòd nascentibus favêret, a verbo ἐλεύθω *venio, orior.*

Illyrium regio Europæ ampla, inter Danubium et sinum Hadriaticum : hinc *Illyricus a um.*

Inachia, nomen puellæ Horatio adamatæ.

Inachus, primus Argivorum rex, a quo Argivi *Inachidæ* dicti : ejus filia Io erat, in fabulis adeò decantata.

India, regio Asiæ opulentissima : Perside et Sinensi regno includitur : hinc *Indus a um*, unde *Indicus a um.*

Ino *Inûs*, Cadmi filia, Athamantis uxor, qui subitò in furorem versus, quum eam insequeretur, ipsa se præcipitem in mare dedit cum filio Melicertâ : hinc *Inôus a um.*

Io *Iûs*, Inachi primi Argivorum regis filia, quam Juppiter in vaccam mutavit : ea œstro ab Junone immisso agitata multas orbis regiones peragravit, ac tandem venit in Ægyptum, ubi humanæ formæ reddita, culta est pro Dea et *Isis* vocata : hinc *Iônius.*

Iolcos, urbs Magnesiæ

'hessaliæ regiuncula
sinum Pelasgicum,
de *Iolciacus* dicitur.
ES, qui Græciæ vete-
)ulus luxu deliciisque
ns, in Asiam commi-
t: hinc *Ionius a um.*
us sinus ea est maris
:rranei pars quæ in-
ciliam, Cretam et
)nnêsum expandi-
ic dicitur ab *Io.*
ULÆ DIVITES (*les*
es) quæ vulgò *For-*
vocantur: eæ sunt
issimæ ac frugum
m uberrimæ, in At-
) Oceano sitæ non
ab Hispaniâ. Sallus-
Historiâ dicit victum
ium voluisse in For-
s insulas transire.
chol.
ER *tri*, qui et *Da-*
, maximus Europæ
: Imperii Romani
septemtrionalis diu
Istri nomen non
accipît quàm Illy-
ttingit.
HMUS est ea terræ
u angustæ illæ fauces
pæninsula cum con-
tinente terrâ conjungitur:
hinc *Isthmius a um*

ITALIA, regio Europæ nobilissima, priùs *Hesperia* dicta: Italia autem ab Italo Siculorum rege qui agriculturam Italos docuit. Ea continetur mari Tyrrhéno, Alpibus et Hadriatico sinu: hinc *Italus a um*, unde *Italicus a um.*

IXION, Phlegyæ filius: quum Junonem de stupro appellasset, in Inferos ab Jove detrusus est, ibíque rotæ affixus quæ perpetuò circumagitur.

J

JANUS, Deorum apud Latínos antiquissimus, Italiæ rex prudentissimus: is, quòd meminisset præterita et futura prospiceret, gemino vultu pingebatur: inde dictus est *Geminus*, *Bifrons* et *Biceps*. *Janus Quiríni* dicebatur templum Jani a Romulo, qui post mortem *Quirînus* dictus est, ædificatum.

JOCUS, Deus Veneris comes.

JUBA, Mauritaniæ rex, Pompeïanarum partium assertor constantissimus : is Curionem a Cæsare missum in Africam cum omnibus ejus copiis delevit.

JUDÆA, Syriæ regio est, quæ Libano monte, parte Mediterranei maris orientali et Jordane fluvio continetur : hinc *Judæus a um*, unde *Judaicus a um.*

JUGURTHA, Numidiæ rex, bellum grave cum Metello et Mario gessit : proditus a Boccho rege Mauritaniæ ad quem confugerat, vênit in Marii potestatem, a quo ductus Romam et triumphatus : post modum in carcere necatus est : hinc *Jugurthînus a um.*

JULIA *gens*, Romæ inter clarissimas : eam ab Iulo manasse omnes ferè scriptores tradunt. Is Iulus filius Ascanii fuit, Ænéæ nepos. Ascanio succedere debebat Iulus filius, sed exclusus est ab Silvio patruo; is erat ejusdem Ænéæ filius ex Laviniâ Latini regis filiâ : Iulo tamen honoris caussâ sacerdotium amplissimum a patruo tributum est, quod gens Julia a majoribus acceptum quasi per manus jure semper tenuit. Albâ dirutâ, Tullius Hostilius rex Juliam gentem Romam traduxit, et inter Patricias cooptavit : hinc *Julius a um.*

JULIUM *sidus* stella crinîta erat, quæ, quum ludis funebribus Cæsaris apparuisset, pro animâ Cæsaris in cœlum receptâ habita est, et simulacris ejus in vertice addita, ut in nummis hodiéque conspicitur.

JUNO, Saturni filia : Deorum regîna, Jovisque soror et conjux : hinc *Junonius a um.*

JUPPITER (*Jovis*) Saturni filius, Deorum pater atque hominum rex.

JUSTITIA deæ nomen.

JUVENTA, juventutis dea, quæ Græcis *Hebe;* ea Herculis uxor a poëtis dicta est.

L

LABEO (*Antistius*) Ju-

sultus, peritus ille
n, sed antiquitatis
or, atque iccirco se-
et austerior; eóque
ito parum gratus.
Augusto principe et
ublicam obtinente,

pensumque nihil
et, nisi quod justum
imque esse in Roma-
tiquitatibus legisset;
b Horatio *insanior* in
ti gratiam dictusest.

BERIUS (*Decimus*)
mimographus: floruit
ulio Cæsare, a quo
nnulorum aureorum
uestrem ordinem est
us.

CEDÆMON, quæ et
a, (hodie *Misitra*)
inclyta Peloponnêsi
rôtam amnem; in quâ
pueri a parentibus ad
dum laborem, imposi-
agis et inediâ, erudie-
ir: hinc *patiens* dicitur.

CONIA, pars Pelo-
êsi ad meridiem: in
Tænarus promonto-
, cujus in litore mu-
egregii capiuntur. Ca-
s egregiis abundabat;
hinc *Lacon* canis venaticus in magno pretio erat: hinc *Laco onis*, Laconiæ incola, et *Laconius a um*, unde *Laconicus a um*, inde *Lacænus a um.*

C. LÆLIUS, cognomento *Sapiens*, socer Scipionis.

LAERTES æ, Arcesii filius: pater Ulyssis fuit et rex Ithacæ.

LÆSTRYGONES *um*, Formiarum incolæ, homines immanissimi, humanâ carne, ut tradit Plinius, victitantes: hinc *Læstrygonius a um*, quod idem est ac *Formianus a um.*

LÆVINUS (*Valerius*) genus P. Valerii Publicolæ a quo Româ exactus est Tarquinius Superbus. Alius fuit cognominis, homo vecors et a majorum virtute degener, cujus ne nomen quidem literis proditum nisi apud Horatium.

LÆVIUS, poeta antiquus, Livio recentior.

LALAGE, nomen puellæ ab Horatio amatæ.

LAMIA (Q. *Ælius*) qui bello Cantabrico operam

Augusto approbavit, cui eam ob rem carus fuit.

LAMIA (*un loup-garou*) mulier formosa, quæ noctu pueros observare et vorare credebatur: nutrices, Lamiarum metu objecto, pueros malè querulos compescebant.

LAMUS, Neptuni filius et Læstrygonum rex; idem Formiarum urbis conditor: ab eo *Lamia gens* apud Romanos nobilis.

LANUVIUM, urbs veteris Latii in Appiâ viâ: hinc *Lanuvinus a um.*

LAOMEDON *ontis*, Ili filius, Troïanorum rex quintus, Priami pater. Is quum Troïæ muros ab Hercule dirutos reficere vellet, eos Neptuno et Apollini qui cœlo tunc exsulabant, exstruendos, certâ mercede constitutâ, locavit; opere perfecto, promissam mercêdem pendere recusavit. Hinc Troïa excidio damnata est: hinc *Laomedonteus a um.*

LAPITHÆ incolebant Pindum et Othryn Thessaliæ montes: hi primi omnium frenos et strata equorum creduntur invenisse.

LARES, dii erant domestici et familiæ cujusque præsides: iis proinde accepta ferebantur omnia commoda vel incommoda quæ familiæ obtingebant: sæpe pro *domo* positi reperiuntur.

LARISSA, urbs Thessaliæ, Achillis patria: hinc *Larissæus a um.*

LATIUM, pars Italiæ in quâ Roma: in eâ Saturnum cœlo ab Jove pulsum latuisse perhibent, unde Latio nomen: hinc LATINUS *a um*, et *Latialis e.*

LATÔNA, Cœi Titanis filia, Jovi adamata, Apollinis et Dianæ mater: Græcis Λητὼ dicitur, hinc *Latous* epithetum Apollinis.

LAURENTUM, urbs Latii a Pico rege condita: hinc *Laurens entis.*

LAVERNA, dea furum, a quâ *Laverniones* dicti sunt.

LEBEDUS, urbs Ioniæ maritima, parum frequens.

LENÆUS, unum e Bac-

ıinibus, ληνος torcu-

ıDUS (Q. Æmilius, ıtum gessit anno DCCXXXII.

OS oris, saltator etate Horatianâ.

BIA, nomen puellæ. ·atio amatæ.

SBOS i (Metelin) Ægæi insula, Alcæi phûs patria: hinc s a um, et Lesbius

'HE es: fluvius est In-n, cujus aquam ubi ndelibassent Manes, omnium quas in vitâ t, obliviscebantur. blivio: hinc Letheus

JCONOE es, nomen Romanæ nobilis.

ıER Liberi, unum e nominibus, quia vi-libertatem magnam quidlibet dicendi ac li.

ıITINA, dea funerum ;, in cujus templo ɔatur supellex fune-t mortuorum catalo-ırvabatur.

LIBO onis (Scribonius) Romanus, qui Romæ prætor in comitio primus Puteal exstruxit, quod prope deinceps Prætores tribunal habuérunt.

LIBURNIA æ: fuit olim pars Illyrii prope Istriam: in eâ ædificabantur naves optimæ, quæ minores quidem cæteris erant, sed magis habiles et expedítæ: incolæ Liburni: hinc Liburnus a um, unde Liburnicus.

LIBYA æ et LIBYE es: sic priùs dicta est veteris orbis pars tertia de nomine Libyæ filiæ Epaphi et Cassiopes; deinde Africa dicta est ab Africâ una de præcipuis ipsius partibus, cujus caput Carthago erat: hinc Libs Libys, nomen venti qui etiam Africus dicitur, quia ab eâ parte flat (le Sud-Est): hinc Libys yos, vir Libyæ incola; Libyssa æ, femina ejusdem terræ incola: hinc Libyssus a um, et feminînum Libyssis idis, et demum Libycus a um.

LICINIUS (Varro Mure-

na) Terentiæ quæ Mæcenati nupserat et Proculeii frater: ejus bona fisco addicta erant eò quòd Antonii partes contra Augustum secutus erat.

LICINUS, tonsor insignis, æqualis Horatio.

LICYMNIA ficto nomine, vero autem Licinia, Licinii Murenæ filia, Mæcenatis uxor.

LIGURINUS, puer quidam delicatulus.

LIPARA, una e septem Æoliis insulis, sic dicta a Liparo rege Ausonis filio, cui successit Æolus. Eæ insulæ jacent inter Siciliam et Italiam: hinc *Liparæus a um.*

LIRIS (*Garigliano*) Italiæ fluvius, Latium a Campaniâ et Samnio separans.

LIVIUS (*Andronicus*) primus Romæ fabulam docuit anno U. C. 514. Quas autem comœdias exhibuit, eæ, Cicerone teste, non satis dignæ erant quæ iterum legerentur. Porrò *Livius* dictus est a Livio Salinatore a quo manu missus est.

LOLLIUS (pater) bella contra Germanos diuturna gessit, itemque in Asiâ: consul fuerat anno U. C. 733: demum ob prudentiam et spectatam fortitudinem datus est ab Augusto moderator pueritiæ C. Cæsaris. Posteà tamen egregios illos mores dedidicit et collectam, dum vivebat Horatius, famam inquinavit: hinc *Lollianus a um.*

LONGARÊNUS, homo dives, sed ignobilis et turpis.

LUCANIA, regio Italiæ inter Apuliam et Calabriam: hinc *Lucanus* a um.

LUCERIA, urbs Apuliæ, lanâ et Minervæ fano celebris: hinc *Lucerînus a um.*

LUCILIUS (*Bassus*) Latinæ satiræ auctor: natus est Auruncæ in Latio.

LUCÎNA, dea partuum præses: eadem quæ Diana.

LUCIUS, prænomen Romanum, ut L. Sextius, L. Paullus Maximus.

LUCRETILIS, mons Italiæ in Sabinis, in quo Horatii villa.

LUCRÎNUS, lacus inter

olos et Baïas prope la-
Avernum. Augustus,
sso in utrumque lacum
, portum Julium effe-
. Absorptus est in-
terræ motu Lucrînus
anno 1538 : restat
m lutosa palus quæ
morto vocatur.

JCULLUS, vir stre-
, et in primis locu-
: adversùs Mithridâ-
feliciter bello decer-
.

JNA, dea quæ venefi-
t sacris magicis noctu
olitis præesse crede-
: hinc *Lunaris e.*

JPUS (*P. Rutilius*)
il fuit anno U.C. 664 :
pto Sociali bello, ma-
n gessit, neglectis re-
ibus ac prœlio teme-
mmisso.

JSCUS, V. *Aufidius.*

ÆUS vocatur Bac-
a verbo Græco λυω *sol-*
quia curas et ærumnas
tit.

CÆUS, Arcadiæ mons
loponnêso, Pani qui
ac Faunus esse per-
ur, sacer.

LYCAMBES *æ*, V. ARCHILOCHUS.

LYCE *es*, nomen puellæ.

LYCIA, Asiæ minoris regio inter Cariam et Pamphyliam; cujus urbs princeps Patara, Apollinis cultrix. Lyci opem tulêre Troïanis contrà Græcos, ducibus Sarpedone et Glauco : hinc *Lycius a um.*

LYCIDAS *æ*, pueri formosi nomen.

LYCISCUS puer quidam formosulus.

LYCORIS *idis*, puella Tibullo deamata.

LYCURGUS, Dryantis filius, Thraciæ rex : quum Thraces immoderatè vino deditos vidêret, omnes vites toto regno excídi jussit : itáque a Baccho in furorem actus, quum vites ipse quoque, arreptâ secúri, vellet exscindere, tibias sibi succidit : hinc *Lycurgeus a um.*

LYCUS puer formosus, Alcæo poétæ amatus.

LYDE *es*, nomen meretrîcis cujusdam.

LYDIA mulieris nomen.

LYDIA *æ*, minoris Asiæ regio contermina Phrygiæ : hinc *Lydius a um* et *Lydus a um*. *Lydi* duce Tyrrhéno Athyos filio in Italiam commigrarunt, et in Hetruriâ consedérunt : ibi varias urbes aut condidérunt aut incoluérunt. *Lydius* modus cæteris erat hilarior, et conviviis aptior et jocis.

LYNCEUS Apharei filius, unus ex Argonautis, tantâ oculorum acie præditus, ut vel parietem visu penetraret : hinc *Lynceus a um*. Fuit etiam alius *Lynceus* Ægypti filius, Hypermnestræ conjux. V. HYPERMNESTRA.

LYSIPPUS, clarissimus statuarius, patriâ Sicyonius : is, teste Quinctiliano, ad veritatem proximè accessit ; quam ob rem magnus ille Alexander ab uno Lysippo se fingi voluit, ut pingi ab solo Apelle.

M.

MACEDONIA *æ*, regio Europæ latissima, priùs Hæmonia et Emathia appellata : a septemtrione clauditur Dalmatiâ et Mæsiâ, a meridie Græciâ et Epiroticis gentibus, ab occasu mari Hadriatico et Ionio, ab ortu Ægæo : hinc *Macedo onis*, unde *Macedonicus a um*.

MÆCENAS, eques Romanus, Augusto carissimus, qui licet ab Hetruriæ regibus esset oriundus, tamen præ modestiâ in Equitum ordine constitit : fuit autem in ornandis ac provehendis quum omnium disciplinarum, tum præsertim poeticæ cultoribus adeò benîgnus, ut ab eo studiosorum patroni *Mæcenates* hodiéque appellentur : hinc *Mæcenatianus a um*.

MÆNIUS, famosus nepos ac scurra, qui ex amplissimo patrimonio, quod totum in commessationes profudit, nihil excêpit sibi ac reservavit præter unam columnam, unde ludos gladiatorios spectaret, quæ postea *columna Mænia* vocata est.

MÆONIA *æ*, Asiæ minoris regio quæ postea Ly-

:cta est : dicta autem
ia est a Mæone fluvio:
Mæonius a um. Homê-
Mæonius ales vocatur.

ÆVIUS, poëta insul-
t ineptus.

AGNESIA, regio Thes-
: hinc *Magnessus a um.*

AÏA, Atlantis filia,
arii mater.

ALTHÎNUS, aulicus
m luxu et mollitie dif-
:.

AMURRA, civis Ro-
s ditissimus et Augu-
ıissimus : erat ex ur-
ormiis oriundus.

ANDÊLA, veteris La-
:us ad Digentiam flu-
m.

ANLIUS (*Torquatus*)
il fuit anno U.C. 689.

ARCELLUS (*M. Clau-*
Romanus clarissimus,
s Insubres eorum-
ducem Viridomarum
avit. Syracúsas bello
:o secundo cepit anno
542 : at quarto post
, secundis aliquot cum
ibale prœliis factis,
em insidiis circumven-
: oppressus est. Alius fuit *Marcellus* Augusti gener, qui adolescens admodum interiit, anno U. C. DCCXXXI.

MARCUS, prænomen Romanum.

MAREOTIS *idis*, (*lago di Buchiara*) Ægypti palus et regio : hinc *Mareoticus a um.*

MARICA dea, Fauni uxor et Latíni mater : ea Formiis colebatur, et Liri fluvio nomen *Marica* dedit.

MARIUS quidam, dives nebulo, qui post interfectam quam amabat Helladem, e saxo Tarpeïo præcipîtem ipse se dedit.

MARS, Deus belli ab antíquis creditus : hinc et *Martius a um* et *Martialis e.*

MARSÆUS quidam amator Originis, famosæ meretrîcis.

MARSI *orum*, populus Italiæ unde milites fortissimi, Picentibus, Æquicolis et Samnitibus finitimus : hinc *Marsus a um*, unde *Marsicus a um.*

MARSYAS, Phryx fidicen et Satyrus, qui quum ausus

esset Apollinem provocare, ab eo victus et pelle nudatus est. Hujus statùa in eâ fori Romani parte visebatur quæ Rostra attingebat, ubi constitui vadimonia et lites agitari solitæ; iccirco ibi posita erat ut ejus adspectu et supplicio improbi atque injusti litigatores, qui alios injuriâ vocarent in jus, deterrerentur : hinc nomen ipsi loco factum.

MASSAGETÆ, populi Scythici in Asiâ, ad orientem Caspii maris trans-Araxem.

MASSICUS (*monte Massico*) mons Campaniæ inter Minturnas et Cales, ferax vini generosi.

MATÎNUS, vicus et mons Apuliæ : hinc *Matînus a um. Matînum* litus, Matînus ager, ubi flores apibus idonei : hinc *apis Matîna.*

MAURITANIA *æ*, Africæ pars ad fretum Gaditanum; sic dicta eò quòd nigros colonos habeat : hinc *Maurus a um. Mauri* Africæ populi contrà Hispaniam.

MAVORS *ortis*, sic per epenthesim Mars dicebatur. V. *Mars.*

MAXIMUS. V. *Paullus.*

MECIUS. V. *Tarpa.*

MEDEA, Æetæ Colchorum regis filia, veneficiis et immanitate famosa. Absyrtum fratrem occîdit, et articulatim discerptum per agros dissipavit ut patrem insequentem moraretur; Creüsam, Creontis Corinthiorum regis filiam cum regiâ ipsâ cremavit.

MEDIA *æ*, Asiæ regio latissima inter Caspium mare et Persidem : hinc *Medus a um*, unde *Medicus a um* : hinc et *Medi* qui primò Parthis imperitarunt, eisdem victi paruérunt.

MEDUS, Asiæ fluvius, qui posteà *Euphrates.*

MEGILLA, puella Opuntia, Horatii ætate notissima.

MELEAGER, Œnei Calydonum regis filius, Tydei frater : ejus vita e titione fatali pendebat, quo a matre Althæâ exusto, miser unà periit.

MELPOMENE, Musarum

tragœdiarum inven-
a modulando nomen
.

.MNON, Tithóni et
æ filius, Æthiopum
uum Troïanis adver-
ræcos auxilio venis-
b Achille interfectus
iinc *Memnonius a um.*

:MPHIS, urbs Ægy-
maria, regum sedes,
iidibus vicîna.

NANDER Athenien-
oêta novæ comœdiæ.
› sic scripsit Quin-
ius. *Ita omnem imagi-*
: vita expressit, tan-
eo inveniendi copia et
ndi facultas, ita est
us rebus, persónis,
bus accommodatus, ut
us ejusdem operis au-
is tenebras obduxerit.
› tanto fuit in pretio,
am invitatus sit a re-
Ægypti, oblatis ma-
ionoribus et divitiis.
anno U. C. 445.

ENAS, Pompeii magni
us: is Sex. Pompeium
m filium secutus erat;
e ab eo ad Octavium
/it: mox iterum ab
Octavio defêcit ad Pom-
peium; quo tempore quar-
tam oden *Epodon* in eum
scripsit Horatius. Est etiam
apud Horatium *Menas* alius
Vulteius.

MENELAUS, rex Spartæ,
filius Atrei, frater Aga-
memnonis, cui absenti
Paris Troïanus uxorem
Helenam rapuit, et secum
Troïam abduxit.

MENENIUS (*Agrippa*)
homo facundus, a quo gens
Menenia: ea obscura ad-
modum, et stultorum fe-
rax fuit.

MERCURIUS, Jove et
Maïâ Atlantis filiâ natus,
oratoribus, poëtis, mer-
catoribus ac furibus præe-
rat: *ales* dicebatur, quia
quum Deorum nuncius es-
set, quo celeriùs jussa
perageret, alis utebatur:
hinc *Mercurialis e.*

MERIONES, aurîga Ido-
menei Cretensis, et cum
eo dux navium quæ e Cre-
tâ ad Troïam venerant:
vir fortitudine, Homéro
teste, ipsi Marti par.

MESSALA (*Valerius*

Maximus) ejus nominis consul fuit an. U. C. 490: ac de Pœnis triumphavit. Quia Messanam Siciliæ urbem ceperat, primùm *Messana* tum *Messala* cognomen ipsi inditum est, quod ad posteros transiit, e quibus *M. Messala* consulatum gessit anno U. C. 724, ac de Salassis triumphavit, et Urbis præfecturam obtinuit.

MESSIUS *Cicerrus*, nebulo quidam.

METAURUS, Umbriæ amnis, inter Fanum-Fortunæ et Senogalliam in Hadriaticum mare defluens, quem juxta Hasdrubal devictus est.

METELLA (*Cæcilia*) Metelli filia. *V. Schol.*

METELLUS (*Q. Cæcilius*) consulatum gessit anno U. C. 694, quo *Cæsar*, Pompeius et Crassus fedus inter se ad Rem publicam occupandam iniérunt.

METHYMNA (*Mételin*) urbs insulæ Lesbi princeps: hinc *Methymnæus a um.*

MILETUS (*Melazo*) urbs in finibus Ioniæ et Cariæ, in quâ panni eximii texebantur: hinc *Milesius a um.*

MILONIUS, nescio quis insîgnis ebriositate.

MILVIUS, parasîtus aut cœnipeta, Romæ notus Horatii ætate.

MIMAS *antis*, unus e Gigantibus.

MIMNERMUS Græcus, poêta præstantissimus, sectâ et moribus Epicuræus.

MINERVA, Jovis filia, sapientiæ et bonarum omnium artium Dea.

MINOS, Jovis et Európæ filius, rex Crétæ, justitiæ laude clarus: quam ob caussam jus apud Inferos unà cum Æaco ac Rhadamantho dicere traditus est: hinc *Minoius a um.*

MINTURNÆ *arum*, urbs Campaniæ ad Lirim amnem inter Formias et Sinuessam, nobilis ob paludes in quibus triduo delituit Marius quum Sullam fugeret: hinc *Minturnensis.*

MINUCIUS (*Tiberius*) consul anno U. C. 448. viam Minuciam ab Româ

ıtum usque per-
ɛr Sabínos et Sam-
ınnis septem post
\ppia via facta erat.
ÈNUS, Campaniæ
ıtorium, non procul
.s, a Miséno Ænéæ
ɛ hîc sepulto nun-
n : hinc *Misenensis.*
YLENE *es*, (*Mételin*)
.esbi insulæ prin-
nc *Mitylenæus a um.*
:OSSIA, Epíri pars
ciâ, canibus egre-
bilis : hinc *Molossus*

NÆSES, Parthorum
ıui varias Romanis
intulit, tum quum
; bellum indixit An-

RS priscis Dea erat.
SCHUS, Rhetor,
Pergamênus : vene-
cusatus, a Torquato
us est.
CIUS, quidam agri-
›cuples.
NATIUS. V. PLAN-

RÊNA (*Licinius*)
leii frater; Augurio
ıs est.

MUSA (*Antonius*) Medicus clarissimus ætate Augusti, quem ab reliquis medicis depositum valetudini restituit.

MUSÆ, Jovis et Mnemosynes filiæ : novem numerantur, Calliope, Clîo, Erato, Euterpe, Melpomene, Polyhymnia, Thalîa, Terpsichore et Urania : hinc *Musicus a um.*

MYCÆNÆ *arum* (*Agrios Adrianos*) urbs Peloponnêsi, non procul ab Argolico sinu : hinc *Mycænæus a um.*

MYGDONIA *æ*, Macedoniæ regio, Thraciæ contermina : hujus incolæ *Mygdones* in Asiam transgressi in eâ Mysiæ parte consedérunt, quæ Troadi superjacet : hinc *Mygdonius a um.*

MYRTALE *es*, libertîna quædam ab Horatio amata.

MYRTO *ûs*, exigua maris Ægæi insula, non procul a Carysto Eubœæ oppido sita : hinc *Myrtoüs a um.*

MYSIA *æ*, Asiæ minoris

pars ad Hellespontum : hinc *Mysus a um.*

MYSTES æ, nomen pueri.

N

NACCA, homo sordidus et avarus.

NÆVIUS, poëta Latînus, Ennio senior et incultior.

NAÏADES *um*, et NAIDES *um*, Nymphæ fontium et fluviorum : ναειν, *fluere.*

NASÎCA, miles fortis, cæteroqui ignotus.

NASIDIÊNUS, eques Romanus, vir qui lautus habéri volebat.

NÆRA, nomen puellæ formosæ.

NEAPOLIS (*Naples*) urbs Campaniæ jam olim nobilis ; nunc regni caput. Pulcherrima est, et totîus Italiæ frequentissima : hinc *Neapolitanus a um.* Primò a Cumanâ juventute condita est appellataque *Parthenope* de nomine unîus Sirênum ibi sepultæ ; unde *Parthenopæus a um.*

NEARCHUS, nomen pueri formosi.

NEPTUNUS Saturni filius, Jovis frater, maris regnator : hinc *Neptunius a um.* Sex. Pompeius sè Neptuni filium seu *Neptunium* dicebat.

NEREIDES *um*, maris nymphæ, Nerei filiæ : humanâ formâ insígnes erant.

NEREUS Oceani et Tethyos filius, maris præses : ejus filiæ *Nereides*, nymphæ marínæ ; uxor Doris. Is vocatura poëtis Græcis Deorum antiquissimus, et veri amantissimus.

NERIUS, argentarius Romæ vel fenerator famosus.

NERONES *um* : ii gentis Claudiæ nobilissimæ erant. Appii Claudii Cæci qui viam Appiam stravit, abnepos fuit *Tiberius Nero* qui ex Liviâ procreavit Tiberium postea imperatorem, et Drusum : hinc *Neronianus a um.*

NESSUS. Redîbat e Calydoniâ domum Hercules pariter cum Deianeîrâ victoriæ præmio, quam de Acheloo amne retulerat, quum obstat properanti Evênus

amnis latè exun-
et amnis tranandi
erat puella. Ecce
ı eumdem locum
ıus Nessus, qui
pollicetur suam,
neíram tergo insi-
trajicit in ripam
em; at oneris amô-
ıs parat cum puella
ɛ. Fugientem Her-
agittâ consequitur
git. Ille moriens tu-
ıuam erat indûtus,
ɛ suo, præsentis-
veneno, tinctam,
ræ dedit, affirmans
ut, si eam Hercu-
ıisset, aliam num-
naret. Quum ille
naturus videretur,
credula misit fa-
nus, quod simul
ıit, statim arcano
reptus conflagravit.
:OR, Nelei filius,
: senex ad bellum
ım profectus est,
dentiâ et consilio
ɛcorum ita promô-
Agamemnon dux
ɛciæ sæpè prædica-
ɜe brevi tempore
Troïam expugnare potuis-
se, si decem Nestores na-
ctus esset. Tres hominum
ætates vixit: hinc *Nesto-
reus a um.*

NILUS, Ægypti fluvius,
quam, certis anni mensibus
exundans, totam irrigat et
fecundat: hinc *Niliacus a
um.*

NIOBE *es*, Tantali filia:
quum Amphioni conjugi,
Thebanorum regi, filios
sex filiasque totidem pe-
perisset, Latônam contem-
psit quæ duorum tantùm
parens foret: illatam ma-
tri suæ injuriam Apollo et
Diana ita vindicárunt, ut
hæc Niobes filias, ille filios
interfecerit.

NIPHATES *is*, Armeniæ
fluvius, quem Lucanus saxa
volventem facit: sic autem
vocatur Tigris eo quòd ex
monte Niphate oritur; *ri-
gidus* dicitur quia plerum-
que gelu constrictus est.

NIREUS, rex Naxi, Cha-
ropi et Aglaiæ filius, om-
nium qui ad Troïam vené-
rant, formosissimus.

NOMENTANUS, homo

profusus ac luxoriosus.

NORICUM pars ingens erat Illyrii, Danubio, Æno, Alpibus et Pannoniâ contenta. In Norico eruebant ferrum optimum ad gladios conficiendos: hinc *Noricus a um.*

NOVIUS, homo libertus. Erant præterea Romæ Horatii ætate fratres duo hujusce nominis, quorum minor judex erat aut fenerator nequissimus.

NUMA *Pompilius* Romanorum rex secundus: regiam habebat ad Vestam.

NUMANTIA, urbs Hispaniæ Tarraconensis non procul Durii fonte: bellum cum Populo Romano per annos quattuordecim gessit, et a Romanis obsessa annis quattuordecim, quum habèret hominum millia omnino quattuor, non solùm sustinuit quadraginta millia Romanorum, sed etiam vicit: capta tandem est ab Scipione Africano posteriore, et solo æquata anno U. C. 621: hinc *Numantinus a um.*

NUMICIA, gens Romæ nobilis et patricia, ex qua erat ille Numicius ad quem Horatius scripsit sextam libri I. Epistolam.

NUMIDA, cognomen Æmiliorum et Plotiorum V. PLOTIUS.

NUMIDIA (hodie *Algerianum regnum*,) Africæ pars, marmore eximio nobilis: incolæ *Numidæ*, Græcis *Nomades*: hinc *Numidicus a um.*

NYMPHÆ aquarum deæ, quasi lympharum numina: quamvis etiam latiùs accipiuntur Nymphæ pro montium deabus, quas *Oreades* vocabant, et pro eis quæ arboribus et silvis præerant, quasque et *Dryades*, et *Hamadryades*, et *Napeas.*

O

OCEANUS, Cœli et Vestæ filius, maris Deus, marîtus Tethyos, fluviorum fontiumque omnium pater: hinc *Oceanitis idis.*

OCTAVIUS, poëta et historicus nobilis, cujus suffragio gaudebat Horatius.

ELLUS, nomen cu-
n coloni, hominis
endabilis.

YMPIA *æ*, urbs Elidis
)hæum amnem in Pe-
néso, celebritate illâ
ıennali ludorum in-
: ibi visebatur Jovis
)ii templum celebre:
Olympius a um et
ıicus a um. Magna
ri Olympia pro *coro-*
ter *magna* certamina
)ia.

IMIUS, quidam Ro-
, dives admodum et
.

PIDIUS (*Servius*)
înus, homo dives et
us.

'US *Opuntis*, urbs
lis in Græcia, non
ab Asópo flumine:
)puntius a um.

ICUS, inferorum
qui et *Pluto* et *Dis-*
licitur.

ESTES, filius Aga-
)nis et Clytemne-
quæ virum suum e
Troïano reducem in-
t, Orestemque fi-
imiliter e medio su-
stulisset, nisi ejus soror
Electra ipsum clam ad Stro-
phium regem Phocensium
misisset. Orestes, ubi ado-
levit, domum rediit, et
matrem ipsam interfêcit;
quod ob scelus a Furiis
præceps et amens actus est:
hinc *Oresteus a um.*

ORICUM, oppidum Epí-
ri juxta Acroceraunia posi-
tum.

ORIGO *ginis*, mîma no-
bilis, Horatio æqualis.

ORÎON *onis*, venator
insîgnis: is a Dianâ cui vim
inferre tentaverat, sagittis
confixus in cœlum transla-
tus est, et prope Taurum
collocatus: constat id si-
dus stellis sexdecim, et
magnas, quum oritur occi-
ditque, tempestates concie-
tat: hinc *Orionius a um.*

ORPHEUS, musicus et
poêta insîgnis, genere
Thrax, Apollinis et Cal-
liopes filius. Ejus lyra in
cœlum translata, locum in
sideribus tenet, ac novem
stellarum est: hinc *Orphêus*
a um, et *Orphicus a um.*

OSCI, qui priùs Auso-

nes, posteà Sabíni, erant populus Campaniæ contemtissimus ob sermonem et mores inquinatissimos: hinc *Oscus a um.*

OSIRIS, filius Jovis ex Niobe Phoronei filiâ: avo in Argivorum regno successit; postea in Ægyptum vênit, Ægyptios armis vîcit, victos artes varias docuit: a Typhone fratre occisus est, et ab Iside conjuge sua diu quæsitus, tandem repertus, magnificè sepultus est divinósque honores consecutus cum Iside.

OTHO (*L. Roscius*) tribunus plebis, lege latâ anno U. C. 685 vetuerat ne quis præter Equites in primis quattuordecim sedilibus sedêret.

P

PACORUS, Orôdis regis Parthorum filius, ejus qui Crassum cecîdit. Quum semel iterumque Romanas copias profligasset, a Ventidio Basso cum toto exercitu ad internecionem cæsus est.

PACTOLUS, Lydiæ fluvius: ex monte Tmolo nascitur, et per Sardianum agrum Hermo influit. Quia in eo se Midas abluerat, inde aureas arenulas volvebat, unde Crœsi opes. Hinc proverbium, *tibi fluit Pactolus.*

PACUVIUS Brundusînus, Ennii poêtæ ex sorôre nepos: poêta tragicus, gravitate sententiarum, pondere verborum, auctoritate personarum clarissimus fuit, citra tamen nitorem: obiit ferè nonagenarius anno U. C. 570.

PADUS, fluviorum Italiæ maximus, a Græcis dictus Eridanus: hinc *Padanus a um.*

PALATIUM, unus ex septem urbis Romæ montibus: hinc *Palatînus a um.*

PALINURUS, Lucaniæ promontorium, non longè a Velia: ita dictus a Palinuro navis Æneæ gubernatore, qui somno oppressus unà cum gubernaculo in mare decidit, eique promontorio in quo cenotaphium

, nomen fecit.
LLAS. V. *Minerva.*
NÆTIUS Rhodius, ophus Stoïcus, Sci- præceptor : eum us est Cicero in li- *De Officiis.*
NTHOÏDES *æ*, id est, oï filius, qui Euphor- 'anthoïs qui et *Pan-* et *Panthus*, fuit Otrei Hecubæ filius, vir e norum primoribus.
NTILIUS, Romanus n, vilis obtrectator ratio iniquus.
PHUS, urbs Cypri in- Veneri sacra : hinc *us a um.*
RCÆ hominum vitæ les : tres erant eædem- orores, Clotho, La- et Atropos.
RIS *idis*, Priami et æ filius. Helenam laï uxorem rapuit, quæ Troïani caussa fuit : lem per dolum inter- ipse a Philoctête oc- est.
RMA, urbs Italiæ præterfluit fluvius co- inis : hinc *Parmensis e*, *Parmæus a um*, et *Parmanus a um.*

PAROS, una Cycladum : insula est maris Ægæi, candido marmore nobilis, Archilochi poëtæ patria : hinc *Parius a um.*

PARRHASIUS, Ephesius, pictor insignis.

PARTHIA, ingens Asiæ regio ad orientem Mediæ : quæ præter Parthiam habebat Hircaniam et Margianam : ejus incolæ *Parthi*, Augusto imperante, veterum Medorum ac Persarum imperium obtinebant : hinc *Parthus a um*, *Parthicus a um.*

PATARA *æ*, Lyciæ oppidum, in quo Apollo sex mensibus hibernis oracula edebat : hinc *Patareus a.*

PAULLUS (*L. Æmilius*) consulatum gessit anno U. C. 538 cum C. Terentio Varrone. Commisso ad Cannas per Varronis temeritatem prœlio, in quo cæsa Romanorum millia quadraginta, ipse Paullus quum fugâ consulere sibi potuisset, maluit animam pro Re-

publicâ profundere.

PAULLUS *Maximus*, ornatissimus juvenis.

PAUSIAS *æ*, Græcus, nobilis pictor, æqualis Apelli : hinc *Pausiacus a um.*

PECTIUS, Horatio contubernalis.

PEDIATIUS (*Julius*) Eques Romanus : honesto patrimonio consumto, se prostituit; quare Horatius eum, mutato genere, *Pediatiam* nominavit.

PEDIUS, Q. Pedii viri consularis ac triumphalis filius, qui consulatum cum Augusto gessit anno U. C. 711.

PEDUM, urbs Italiæ in Latio inter Tibur et Prænestе : hinc *Pedanus a um.*

PEGASUS, equus alatus, e sanguine Medúsæ natus : sic dictus eo quòd juxta fontem ortus erat, πηγὴ *fons :* eo usus est Bellerophontes in domandâ Chimærâ : ipse postea in cœlum translatus est, atque inter sidera Delphinem et Aquarium collocatus : hinc *Pegaseus a um.*

PELEUS, Tethidis conjux, Achillis pater ; ab Æaco parente suo ob interfectum fratrem exsulare jussus ad Acastum vênit cujus uxôrem de flagitio appellantem rejêcit : hinc *Pelêus a um*, et *Pelides.*

PELIGNI, populus Italiæ, Marsis finitimus : eorum regio propter montes frigidior erat.

PELION, mons Thessaliæ vicînus sinui Pelasgico.

PELOPS *opis*, Tantali filius, Atrei et Thyestæ pater. E Phrygiâ in Peloponnêsum vênit, ubi Hippodamîam Œnomaï Elidis regis filiam duxit uxorem, ac regno potîtus universam Cherronêsum de nomine suo *Peloponnêsum* appellavit. Pelopis domus ideò *sæva* Horatio dicitur, quòd Tantalus Pelopem interfêcit, Pelops Œnomâüm socerum; Atreus Thyestæ fratris sui filios necatos patri epulandos apposuit, Ægysthus Thyestæ filius Atreum ejusque filium Agamemnonem sustulit, Orestes Agamemnonis filius matrem

inestram occîdit : *'elopêus a um.*

IATES *ium* : ii erant Dii qui domi cole- : pro *domo* ipsâ non imuntur.

IELOPA & et PENE- :s, Icarii et Peribœæ Jlyssis uxor : ea fuit gnabilis castitatis , quæ, absente totos annos marîto , nul- entium precibus, nul- ocorum pollicitatio- addúci potuit , ut quam viro discedenti it, alteris nuptiis vio- hinc *Penelopêus a um.*

NTHEUS, Thebarum chiônis et Agáves fi- quum Bacchi sacra mneret , a matre et terâ furore correptis ratus est, domusque eversa : hinc *Pen- a um.*

RILLUS , fenerator , iirè callebat artem et gnandi tabulas et le- ontractuum , ut eæ t et quàm validissi- et debitorem sic con- gerent , ut ne calumniari aut effugere posset.

PERSÆ *arum* populi Asiæ, vicîni Arabibus , a quibus Persico sinu dirimebantur : hinc *Persîcus a um.*

PERSIUS Clazomenius, patre Romano et matre Græcâ : hinc *ibrida* dictus.

PETILLIUS : quum Capitolii curam gereret , corônam Jovis auream rapuit ; cujus sacrilegii caussam dixit , absolutusque est a judicibus in gratiam Augusti , cujus amîcus erat : inde *Capitolînus* dictus est. *Vet. Schol.*

PETRÎNUM , vicus Campaniæ in agro Falerno prope Sinuessam , vini non adeò mali ferax.

PHÆAX *acus* : Phæaces Corcyram insulam olim obtinuérunt.

PHAETON *ontis*, Solis ex Clymene filius , qui quùm paternum currum , quem uno tantùm die regendum acceperat , malè regeret , ab ipso Jove , ne cuncta ardérent , fulmine deturbatus est in Eridanum, qui Latînis Padus ap-

pellatus est: hinc *Phaëtontêus* et *Phaëtontias.*

PHALANTHUS Lacedæmonius, quo auctore et principe, Partheniæ Spartani Tarentum condidérunt. *Vet. Schol.*

PHIDYLE *es*: ea erat Horatii villica.

PHILIPPUS Macedo, Alexandri magni pater. Quum urbem aliquam expugnari non posse audivisset, ingenio scilicet loci arteque et operibus munîtam, rogavit num in eam onustus auro mulus subire posset; aïenti subjecit nihil esse moræ quin facilè caperêtur. *Philippius.*

PHILIPPUS (*L. Marcius*) vir consularis et censorius: is videtur fuisse æqualis ille Cicerônis, et pater ejus Philippi qui Augusti vitricus fuit.

PHILODÊMUS, Gadaræus, poëta Græcus, et Epicuræus: multa epigrammata scripserat.

PHOCÆA, urbs Ioniæ maritima: hinc *Phocæus a um*, et *Phocensis e.* Hi *Phocæi* assiduis Persarum bellis vexati, patriam communi consensu reliquérunt, et transgressi in Galliam, Massiliam condidérunt. *Phocenses* Phocidem incolebant.

PHOCEUS. V. XANTHIAS.

PHOLOE *es*, nomen puellæ formosæ.

PHRAATES, Orôdis filius, Parthorum rex: quum patrem, fratres ac filium interfecisset, a suis ob immanitatem solio deturbatus est, suffecto in regnum Tiridate.

PHRYGIA, pars Asiæ minoris, olim dicta *Barbaria:* hinc *Phryx Phrygis*, et *Phrygius a um.*

PHRYNE *es*, nomen puellæ ab Horatio amatæ.

PHTHIA, urbs Thessaliæ, Achillis patria: hinc *Phthius a um.*

PHYLLIS *idis*, nomen cujusdam puellæ formosæ.

PICÊNUM (*la Marche d'Ancone*) regio Italiæ Hadriatico sinu, Æsi fluvio, Appenníno et Leustro amne contenta: hinc *Picens*

: *Picenus a um. Pi-*
i erant atque *Picen-*
rrhéni maris accolæ.
RIA, regio Macedo-
ıter fluvios Axium
ıcmonem: in ea na-
t Musæ, unde *Pie-*
ictæ sunt: hinc *Pie-*
um.
IPLA, mons Mace-
in cujus radicibus
Pimplæus, Musis sa-
inc *Pimplæus a um*,
ıplæis idis, Musarum
ıælibet.
IDARUS, Thebanus,
Græcus, Lyricorum
princeps: gravitate
ıtiarum, verborum
, novitate ac splen-
admirabilis: hinc
ricus a um.
ıITHOUS, Ixiônis
Theseo conjunctis-
. Ille quum ad In-
Proserpinam raptu-
liisset, a Cerbero
ɔtus et a Plutône in
a conjectus est cum
Theseo, qui posteà
ɛrcule liberatus est,
oo in vinculis hæ-

L. PISO: ejus Pisonis filius erat, in quem Cicero gravissimâ oratione invectus est: filios habuit duos amantes literarum, et poéticæ studiosos: illis scripsit Horatius librum *De arte poëticâ.*

PLACIDEIANUS, gladiator notus Horatii ætate.

PLANCUS (*Munatius*) Antonium secutus erat, a quo deînde ad Augustum transiit: quum ab eo negligeretur, secessit in villam suam Tiburtînam; eum Horatius consolatur Carmine l. 1. septimo.

PLATO *ônis*, Atheniensis philosophus, Socratis discipulus: ob sapientiam et eloquentiam *Divinus* appellatus est. Obiit anno U. C. 406.

PLAUTUS (*M. Accius*) Sarsinas, quæ Umbriæ civitas est; poëta comicus, in quo copiosa Latínitas, et, teste Varrone, Musis ipsis, si eæ Latínè loqui vellent, non indîgna. Joci in eo multi, non numquam illiberales, felix audacia,

mira inveniendi sagacitas; obscenitas interdum tabernaria: hinc *Plautinus a um.*

PLEÏADES. V. HYADES.

PLOTIUS *Tucca*, poëta clarissimus. V. TUCCA.

PLUTO *onis*, Saturni ex Ope filius, Jovis ac Neptúni frater et Inferorum Rex: hinc *Plutonius a um.*

PŒNI, iidem qui Carthaginienses; ita dicti quasi *Phœni.* Carthaginienses partem Hispaniæ diu obtinuérunt, ibíque in litore austrum versùs Carthaginem novam (*Carthagêne*) condidérunt; hinc apud Horatium *uterque Pœnus*, tum qui in Africa erat, tum qui in Hispania: hinc *Pœnus a um*, et *Punicus a um.*

POLEMON *onis*, Atheniensis, perditæ luxuriæ adolescens. Quum e convivio domum repetens, Xenocratis philosophi januam patentem vidisset, vino gravis, unguentis delibutus, sertis capite redimíto, refertam turbâ doctorum hominum schola ejus intravit. Ortâ omnium indignatione, Xenocrates, omissis de quibus disserebat, de modestiâ ac temperentiâ loqui cœpit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus Polemon, primùm detractam capiti coronam projêcit, paullò post brachium intrà pallium reduxit; ad ultimum totam luxuriam exuit, uniúsque orationis saluberrimâ medicinâ sanatus, ex infámi ganeône maximus evasit philosophus. Val. Max. L. 6. c. 9.

POLLIO (*C. Asinius*) poëta et orator bonus, idemque bello clarus exstitit: consulatum gessit anno U. C. 714.

POLLUX, Jovis et Ledæ filius, Castoris frater, cum quo in sidera relatus est. V. CASTOR.

POLYHYMNIA, una e musis quæ a celebrandis Heroïbus nomen habet.

POMPEIUS. Tres Horatio Pompeii sunt. 1° Sextus Pompeius, magni Pompeii

qui se *Neptunium* seu *ni filium* gaudebat ap- i, quia in freto Si- ecundis aliquot præ- aritimis usus erat. In n tamen freto supe- navali pugnâ ab Au- classe est. 2° Pom- Grosphus, magni eii libertus: is partes Pompeii secutus erat, que prædia in Sicilia erat, quæ ipsi relî- Augustus. 3°. Pom- Varus, vetus Hora- dalis. Is Pompeïa- artibus præter cæte- erat addictus, quibus , Augusti gratiâ in m, ut videtur, redie- inc *Pompeianus a um.*

MPILIUS. V. NUMA.

MPONIUS, adole- quidam Romanus, us ac discinctus ne-

NS *Campanus*, oppi- i Campaniæ in Appiâ

NTUS, regio Asiæ opè Colchidem; sic a rege Ponto: in eâ ingentes et arbores navibus fabricandis idoneæ: hinc *Ponticus a um.*

PORCIUS, amîcus Nasidieni.

PORSENA, rex Hetruriæ qui, ut Tarquinium Superbum regno expulsum restitueret, Romanis bellum intulit.

PRÆNESTE (*Palestrine*) urbs Latii, templo Fortunæ inclyta: hinc *Prænestînus a um.*

PRIAMUS, sextus et ultimus Troïanorum rex, Hectoris pater: hinc *Priamides æ* et *Priameius a um.*

PRIAPUS, Liberi et Veneris filius, hortorum deus: ejus statua in hortis vulgò ponebatur e rudi ligno facta, falcem tenens manu, et arundinem in capite summo gestans quâ fures avesque terrêret: hinc *Priapeius a um.*

PROCYON Græcè, Latinè *Antecanis* et *Canicula* seu *Canis minor.* Sidus est stellarum septem: sic etiam vocatur una ex his septem lucidior cæteris, qui *Sirius* quoque dicitur: ea fixarum

maxima est, quæ in linguâ Canis majoris cernitur.

PRŒTUS, Abantis filius, Argivorum rex, marîtus Stenobœæ quæ Bellerophontem ad stuprum perducere quum non potuisset, eum stupri sibi intentati apud virum accusavit. Prœtus Jobati socero ultionem commendat literis quarum similes postea Bellerophonteæ sunt appellatæ: hunc Chimæræ et aliis periculis objicit : hinc *Prœtis idis.*

PROGNE *es*, Pandionis Atheniensium regis filia: Tereo Thraciæ regi nupserat, eique Itym jam pepererat, quum impatiens videndi sororem Philomêlam quam apud patrem reliquerat, virum exorat suum, ut Athénas eat, eamque adducat secum: it ille et adducit; sed inter redeundum amore Philomélæ correptus, eam vitiat, vitiatam turri inclûdit, et Prognæ mortuam eam mentîtur. Illa suum infortunium acu pingit in telâ, quam sorori perferendam curat. Aderant Bacchi Trieterica; Progne cum suis ancillis currit ad turrem, effringit fores, sororem abdûcit : ambæ properant domum. Ad matrem accurrit Itys, in ejus amplexum ruiturus : illæ blandientem necant, discerpunt, coquunt et apponunt patri : ille comest probatque. Crudéles gaudêre sibi, et epulanti rem ordine denarrare : ille excandescere, insanire, arma rapere ut scelestas dedat neci; sed, Diis sic volentibus, Tereus jam mutatus erat in upupam, Itys in phasianum, Philomêla in lusciniam, et Progne in hirundinem.

PROMETHEUS, Iapeti filius, Deucalionis pater: quum beneficio Minervæ sublatus in cœlum, astra omnia cœlesti vidêret igne animata, tædam solis currui admôvit et ignem cœlestem terris intulit, eoque luteam hominis statuam a se confectam animavit : quod indignatus

:er, Pandóræ uxóri
:thei, hic erat Prome-
rater, pixidem dedit
am omnibus morbis
:tibus; quam ubi illa
it, statim morbi et
. calamitatum genera
ı invasérunt. Ipse
:theus in monte Cau-
eligatus est, ubi aqui-
ır ejus in pœnas sem-
nascens, assiduè de-
ur: hinc *Prometheus*
, et *Promet'eis idis.*

.OTEUS, Oceani et
os filius, Neptuni
r: ejus phocas, (ita
ant vitulos marinos)
ɔat, omnesque in-
t formas.

BLICOLA (*Q. Pedius*)
r insîgnis, quàm Ho-
paullò antiquior.

LADES, Strophii Pho-
filius, socius Ores-
lelissimus: inter se
devincti erant amo-
t in veræ amicitiæ
nen et exemplum
proponantur: hinc
eus a um.

RAMIDES, quadratæ
ım moles seu turres
fuêre, e latissimâ basi paullatim in acutum fastigium decrescentes, quas Ægyptii reges ideo condiderant, ut in iis tumularentur.

PYRRHA, Epimethei filia, simul cum viro Deucalione ob vitæ integritatem erepta communi diluvio est: cum conjuge jactis post tergum lapidibus, humanum genus reparavit.

PYRRHIA, mulier quædam vinosa et furax.

PYRRHUS, rex Epíri, bellum Romanis intulit, et a Fabricio Curioque victus est.

PYTHAGORAS *a*, Samius, Mnesarchi filius, Italicæ sectæ conditor: Pherecydis Syri audîtor fuerat, deinde Hermodamantis. Ubi satis sibi profecisse visus est, regiones urbesque orbis celeberrimas discendi studio lustravit. Auditores habuit non pauciores sexcentis, inter quos clariores fuérunt Archítas Tarentînus, Hippasus Metapontînus,

Alcmæon et Philalaüs Crotoniatæ. Metempsicosim, id est, animarum in alia corpora migrationem docuit : ab animalium omnium carnibus, et a fabis religiosissimè abstinebat. Is primus omnium *philosophum* se appellavit : hinc *Pythagoreus a um.*

PYTHIA (*certamina*) ludi in Græcia celeberrimi in honorem Apollinis Pythii celebrari soliti, sic dicti ob interfectum ab Apolline Pythonem serpentem nocentissimum.

PYTHIAS, ancilla quædam comica.

PYTHIUS, unum ex nominibus Apollinis, qui sic, Homéro teste, dictus est a Pytho Phocidis urbe ipsi sacrâ : hinc *Pythius a um.*

Q.

QUINCTIUS. V. HIRPINUS.

QUINQUATRIA *ium*, festa Romana, Minervæ sacra ; sic dicta a numero quinque dierum quibus celebrabantur, nempe a decimo quarto Kalendas Apríles ad nonum. Tunc vacabant scholæ et pueri feriabantur.

QUIRINUS, nomen Romuli inter Superos recepti : hinc *Quirinalis e.*

QUIRIS *ítis*, civis Romanus quilibet. Romulus, inito fœdere cum T. Tatio Sabinorum rege, eoque in regni partem adscíto, Sabínis verò in Urbis partem receptis, ut novorum incolarum benevolentiam aliquâ sibi ratione conciliaret, mistam Romanorum Sabinorumque gentem uno nomine *Quirítes* appellavit. Liv.

R

RÆTIA continebatur Danubio quem nascentem vídebat, Æno et Alpibus : hinc *Rhætus a um.*

REGULUS (*M. Attílius*) victus a Carthaginiensibus, et Romam missus, ut de permutandis captívis cum Senatu ageret, id ne fieret, intercessit ; et, ut erat pollicitus, Carthaginem ad

imam carnificînam

MUS, quod nova Urmæ mœnia per ludi- transiliisset, a Ceratris Romuli jussu ectus est.

AMNES, ii erant ci- Romanorum, qui pribuum trium constit. Rhamnes etiam Equitibus Romanis antur.

ENUS (*le Rhin*) influvius qui Galliam a aniâ separat : hinc *nus a um.*

ODANUS (*le Rhône*) s Galliæ qui Lugdûlluit.

RODOS (*Rhodes*) thii maris insula olim ris admodum, in quâ t Asiatica eloquentia dia Mathematica; cum amplissimo in quo atur statua Solis cui sacra erat, unumque x septem orbis mira- : hinc *Rhodius a um.*

RŒCUS unus giganquem Bacchus in leoconversus occîdit.

ROMA æ, (*Rome*) quæ Ovidio dicta est *Urbs domina*, Martiali autem *Terrarum Dea gentiumque;* condita est a geminis fratribus Romulo et Remo in lævâ Tiberis ripâ, quinto et decimo milliario a mari, anno ante Christum D. CC. LII. Dicta est etiam *Urbs septicollis* propter septem quos habebat colles seu montes: quorum spectabant septemtrionem duo, *Quirinalis* et *Viminalis*, meridiem itidem duo, *Aventînus* et *Cœlius :* tres reliqui erant inter hos quattuor medii, scilicet *Capitolînus*, *Palatînus* et *Esquilinus.* His septem posteà additi sunt duo ultra Tiberim, *Vaticanus* et *Janiculum.* Inter Tiberim et montes Quirinalem ac Capitolînum interjacebat Campus Martius, ubi Romana pubes bellis præludebat. Romæ ambitus, Augusto principe, erat duodequinquaginta millium, domorum contignationes vulgò septenæ; censa sunt in eâ sub Augusto tri-

cies centêna millia capitum.

ROMULUS, Martis et Iliæ, regiæ virginis, filius, urbis Romæ conditor, et primus rex Romanorum. Post consecrationem dictus *Quirînus*: hinc *Romulus a um*, et *Romuleus a um*.

ROSCIUS. V. OTHO: hinc *Roscia lex*, quâ sancîvit Otho, ut quicumque censum equestrem habêret, is in quattuordecim primis sedilibus ludos publicos spectaret.

RUBII *orum* (*Ruvo*) urbs Italiæ in Apuliâ Peucetiâ non procul a Bario.

RUFILLUS, civis Romanus alicujus notæ.

RUFUS. V. NASIDIÊNUS.

PUB. RUPILIUS cognomento *Rex*, Prænestînus: commilito Horatii fuerat in castris Bruti: is ægrè ferens quod Horatius tribunus esset, sæpe ignobilitatem generis illi objiciebat: iccirco Horatius nunc ipsum ex persónâ alterius lacerat. Hæc *Vet. Schol.*

RUSO (*Octavius*) acerbus fenerator fuisse traditur; item scriptor Historiarum, ad quas audiendas solitus erat cogere debitores suos. *Vet. Schol.*

RUTUBA, insîgnis gladiator ævo Luciliano.

S

SABÆA, pars Arabiæ felîcis interior ac remotior quæ ture abundabat. In eam primus Romanorum penetravit Ælius Gallus: hinc *Sabæus a um*.

SABÍNI *orum*, incolebant Sabînam hodiernam cum parte Ducatûs Spoletani, et Brutii. Apud eos fiebant vasa fictilia magni pretii: hinc *Sabînus a um*, et *Sabellus a um*, idem quod *Sabînus a um*.

SALAMIN *inis*: duplex fuit Salamin, altera urbs et insula in Saronico sinu contra Athénas, in quâ regnavit Telamon Teucri pater, altera in Cypro insulâ, (*Famagousta*) urbs clarissima in litore meridionali a Teucro profugo condita;

: hinc *Salaminius*

ERNUM, urbs Ita-
ıtima in sinu Pæsta-
c *Salernus a um*, et
anus a um.

ı, Martis sacerdo-
odecim numero, a
›ompilio instituti :
pictis æneóque pe-
tegmine exornati
›alii dicebantur eo
ılientes *ancilia* per
circumferebant :
Saliaris e, et *Sa-*
m.

LUSTIUS (*C. Cris-*
lebris historicus :
s nepôtem scripsit
s Oden II. libri II.
ılustianus a um.

NIUM, pars non
aliæ, inter Picênum,
n et Campaniam :
mnites ium, populi
ortissimi, qui Ro-
virtutem maximè
ı exercuérunt. *Sa-*
etiam vocabantur
›res quidam, qui se
itis ac simulatis
t vulneribus, ad
ı et spectaculum
dimicantes cum armis insignibus ac ferme rudibus (*des fleurets ;*) unde lenta et incruenta pugna. Ab superbiâ et odio Samnitium, inquit Livius, eorum armis gladiatores quosdam armarunt Romani, *Samnitium*que nomine appellavérunt. Hinc *Samniticus a um.*

SAMOS, insula et urbs Ægæi maris e regione Ephesi : ea erat Junoni sacra : hinc *Samius a um.*

SAPPHŌ *ûs*, Lesbia, insîgnis poëtria, inventrix ejus carminis quod ab eâ *Sapphicum* appellatur. A popularibus suis spreta, Phaônem civem suum amavit : hinc *Sapphicus a um.*

SARDES *ium*, urbs insîgnis Lydiæ, ad montis Tmoli latus sita, Crœsi olim regia : hinc *Sardius a um*, unde *Sardianus a um.*

SARDINIA, insula maris Ligustici, a Corsicâ modico freto disjuncta : in eâ cœlum grave, agri frumenti fertiles. Sardinia dicta est a Sardo Herculis filio : hinc *Sardus a um*,

Sardiniensis e, et *Sardous a um.*

SARMENTUS, scurra, tamen eques Romanus.

SATUREIUM, urbs Calabriæ non longè a Tarento: hinc *Sutureiānus a um.*

SATURNALIA *ium*, Saturni festa: ea mense Decembri per dies quinque celebrabantur insigni lasciviâ et licentiâ: in iis Romani synthesin vestem sumebant, servisque discumbentibus ministrabant, ac munera ultro citróque mittebant: hinc *Saturnalicius a um.*

SATURNIA *æ*, urbs Latii a Saturno posita, ubi Roma condita post modum est: hinc *Saturnius a um.*

SATURNUS, Cœli filius, Jovis pater, a quo e cœlo pulsus in Italiam fugit ad Janum, qui in eâ regnabat: hinc *Saturnius a um.*

SATYRI *orum*, agrestes Dii, simo naso, caprínis pedibus, villosi protervique: hinc *Satyricus a um: Satyrica fabula.*

SCÆVA, nepos perditus et libidinosus. Est alius *Scæva* ad quem scripta est Epistola XVII. Lib. I.

SCAMANDER *dri*, Troadis fluvius: ab Ida monte oritur et in Hellespontum devolvitur: ab Diis *Xanthus* vocabatur.

SCAURUS cognômen familiæ Romanæ ex quâ *M. Æmilius Scaurus* nobilis ille et pauper, sed eloquentiâ clarus. Princeps Senatûs diu fuit: idem Censor *viam Æmiliam* stravit, et *Pontem Æmilium* fecit: Hujus filius cognominis theatrum magnificentissimum Ædîlis fecit, ludosque celeberrimos dedit: hinc *Æmilianus a um.*

SCETANIUS homo improbus ac turpis.

SCIPIADA *æ*, nomen patronymicum Scipionis Æmiliani, qui ab Africano majore adoptatus est.

SCIPIO *onis*, cognomen familiæ Romanæ in gente Corneliâ. Scipionum clarissimi duo fuêre, Africani dicti; alter *Africanus major* qui vicit Hanniba-

alter *Africanus minor Æmilianus*, qui Carnem ac Numantiam it.

SCOPAS æ, insîgnis ioris sculpendi arti- Parrhasio paullo ve- or, unius ex iis qui olêum cælavérunt.

SCYLLA, Phorci filia : ce mutata est in mon- canibus succinctum, ybdi adversum, et rnavigantibus pericu- : hinc *Scyllæus a um.*

SCYTHIA æ, terræ no- regio Septemtriona- , eaque latissima. In partes divîsa est æam alteram, alte- Asiaticam. Europæam obtinent Transilva- alachi et Moldavi, icam Tartari : hinc et æ, et *Scythes æ* ho- cythiæ incola : *Scy- æ* femina Scythiæ in- ; unde *Scythius a* et *Scythicus a um.*

SEMELE Cadmi filia, a Juppiter Bacchum : hinc *Semeleïus a*

SEPTIMIUS (*Titius*) eques Romanus, Augusto carus et Horatii amîcus, idemque poëta bonus.

SERES *um*, populi Scythiæ Asiaticæ, apud quos arbores sunt lanam tenuissimam in frondibus ferentes, ex qua vestimenta conficiuntur quæ *Serica* appellantur : hinc *Sericus æ um.*

SERVILIUS. V. BALATRO.

SERVIUS TULLIUS, Romanorum rex sextus, Censûs auctor.

SESTIUS : is Bruti partes in bello civîli secutus erat : illum ut demereretur Augustus, Consulem sibi substituit, anno U. C. 715.

SEXTUS prænomen Romanum.

SIBYLLA. Fatidicæ mulieres omnes dictæ sunt *Sibyllæ*, quasi σιοβυλαι, hoc est, divinorum consiliorum consciæ. In Italiâ insîgnis ea fuit quæ ab urbe Cumis ubi degebat, *Cumana* et *Cumæa* nuncupata : hæc

libros quosdam carminum sacrorum obtulit Tarquinio Superbo, qui eos inter Imperii Romani sacra habéri jussit, præpositis viris a quibus in Capitolíni Jovis sacrario servarentur, et, quum esset opus, consulerentur: hinc *Sibyllînus a um.* V. *Quindecimviri.*

SICAMBER *bri.* *Sicambri*, populi Germaniæ inferioris, utramque Rheni ripam accolebant: nunc Geldrenses: hinc *Sicambrius a um.*

SICANI populi olim Hispaniæ, Sicoris fluvii accolæ, qui, *Sicáno* duce relictis sedibus suis, in Italiam trajecêre, ibîque pulsis Aboriginibus, Latium occupavérunt; postea ab iisdem inde expulsi in Siciliam transiérunt, eamque a duce suo *Sicáno Sicaniam* nominavérunt: hinc *Sicanus a um* idem quod *Siculus a um.*

SICILIA, Tyrrheni maris insularum maxima, frumenti adeò ferax ut sit appellata Romæ horreum: hinc *Siculus a um*, et *Siciliensis e.* V. TRIQUETRA.

SIDON *onis*, (*Seyde*) urbs Phœniciæ clarissima, Tyro vicîna, ostro suo nobilis: hinc *Sidonius a um.*

SILENUS, Satyrorum veterrimus, Bacchi altor, institutor et comes.

SILVANUS, Silvarum deus, e Satyrorum genere.

SIMO *ônis*, nomen senis apud Terentium.

SIMOIS *entis*, Troadis fluvius: ab Idâ monte oritur, et per campum Troïanum in Hellespontum decurrit: hinc *Simoësius a um.*

SINUESSA *æ*, urbs Latii maritima, ad radíces montis Massici: nunc excîsa est: hinc *Sinuessanus a um.*

SIRENES (*um*) monstra marîna erant, superiore sui parte virgineam speciem referentia, inferiore in piscis caudam desinentia. Hæ tres fuisse finguntur Acheloï fluvii et Calliopes filiæ, Parthenope, Ligia et Leucosia, quæ

litus Siculum incole-
nautas præternavi-
s suavitate cantûs et
sopirent, sopítos de-
:rent, demersos de-
ent.

ENNA (*Cornelius*)
sti amîcus.

SYPHUS, Æoli filius :
Atticam latrociniis
aret, a Theseo occî-
st : hic in Tartaro eo
icii genere plectitur,
kum ingens in montis
:em provolvat ; quod,
iiser ad summum pro-
t, repentè deorsum
itur : hinc *Sisyphius*
. Fuit M. Antonio
nviro nanus bipeda-
quem ille joco *Sisy-*
appellabat.

THONIA *æ*, ea Thra-
ars erat, quæ ab Hæ-
ionte aversa vergit in
um Euxinum : hinc
nius a um.

MYRNA *æ*, urbs Ioniæ
:îma cum portu opti-
ea erat Horatii ætate
im Asiæ minoris claris-
: hinc *Smyrnæus a um.*

)CRATES *is*, Athe-
niensis : philosophiam quæ
mores format, præsertim
excoluit. Ejus philosophia
severior fuit, abhorrens a
voluptate, et summum ho-
minis bonum in virtute
et honestate collocans :
hinc *Socraticus a um.*

SOPHOCLES *is*, Athe-
niensis, poëta tragicus,
tantâ erat orationis suavi-
tate, ut vulgò μελισσα, hoc
est, *Apis*, cognominaretur:
æqualis fuit Euripidi et
Pericli, cujus etiam non
semel collêga fuit in Præ-
turâ. Primus omnium tri-
bus actoribus usus est, ad-
jecto eo qui *Tritagonista*
vocatur, hoc est tertiarum
et ultimarum partium hi-
strio : primus choros ex
juvenibus quindecim in-
duxit, quum anteà trede-
cim omnino essent : hinc
Sophoclêus a um.

SORACTE *is*, mons Fa-
liscorum, Apollini sacer,
quem circà Deo fiebat sacri-
ficium annuum, in quo Hir-
piæ familiæ super ambus-
tam lignorum struem am-
bulantes non adurebantur,

ut refert Plinius. L. 7. c. 2.

SOSII *orum*, Bibliopólæ celebres Romæ, Augustæo ævo. *Sosia* gens Romæ nobilis erat.

SPARTACUS gladiator erat qui servis et gladiatoribus in Rem publicam concitatis, servîle bellum movit, anno U. C. 681. Is a Crasso et Pompeïo cum suis biennio post deletus est.

STABERIUS, Romanus, avarus admodum et dives.

STERTINIUS, philosophus Stoïcus, Horatii ætate clarus : hinc *Stertinius a um.*

STESICHORUS, poëta Græcus, oriundus ex Himérâ urbe Siciliæ : maxima bella cecinit, et Epici carminis onera lyrâ sustinuit. Carmen de Helena scripserat quo eam Troïani belli facem exstitisse dicebat : a Castore et Pollûce luminibus captus est ; cantatâ palinodiâ, lucis usura ei restituta est.

STHENELUS, Capanei et Evadnes filius, Diomêdis comes ; unus e Græcorum ducibus qui bello Troïano interfuêrunt.

STYX *ygis* Inferorum palus : ea a Superis tantâ in veneratione habita est, ut nefas ducerent quicquam eorum quæ Styge teste jurassent, non facere : hinc *Stygius a um.*

SUADÊLA, dea persuasionis, Græce Πειθώ.

SULCIUS, Horatii tempore delator tæterrimus.

SULLA (*Cornelius*) nobilis Romanus : is Mithridâtem compescuit, bellum Sociale repressit. Dictator factus ita Rem publicam oppressit, ut, teste Cicerone, nemo, illo invîto, nec bona, nec patriam, nec vitam retinêre potuerit : hinc *Sullanus a um.*

SULPICIUS : is publicas apothécas insignes Romæ habebat, in quibus vinum, oleum et merces omnis generis asservabantur : hinc *Sulpicius a um*, et *Sulpicianus a um.*

SURRENTUM, urbs maritima Italiæ, in latere

ionali sinûs Neapo-
: unde *Surrentînus a*
urrentîna vina defun-
ıtur in cados recenti
ıo vacuos, ut ejus
m vimque beneficio
relictæ contraherent.
BARIS adolescens
ii rivalis.

RIA *æ*, ingens Asiæ
inter mare Mediter-
m et Euphrâtem: hinc
rus a um, et *Syrius*
; unde *Syriacus a um.*

RTES (*ium*) duo sunt
periculosissimi in
Libyco: alter major
: Cyrénen, alter mi-
ɔropè Carthaginem;
ıre vadosum est, are-
ı instabiles cumuli.
llantur etiam in eâ-
Africâ *Syrtes* loca quæ-
in patentibus aridis-
:ampis, haud minùs
ılosa, ventis arenas
ntibus, et huc illuc-
leportantibus.

Y RUS, nomen servi
ci.

T

ÆNARUS (*Capomaïna*) Laconiæ promontorium in Peloponnéso: ibi olim ostendebatur antrum ingens, per quod Hercules ab Inferis rediisse credebatur: itaque pro ipsis Inferis ea vox a poetis usurpatur: hinc *Tænarius a um.*

TANAÏS *is.* (*le Don*) fluvius qui Europam ab Asiâ separat, et in palûdem Mareotidem influit. *Tanaïs* item nomen erat proprium hominis Romani, et, ut appâret, sumtuosi.

TANTALUS, Jovis ex Plote nymphâ filius. Quum Deos convivio excepisset, ut eorum divinitatem experiretur, Pelopem filium membratim discerptum eis epulandum apposuit: illi enimvero a nefandis epulis abstinuêre omnes præter Cererem, quæ pueri dextrum humerum absumsit: pro quo ei eburneum reposuérunt Superi, ipsumque ad vitam revocârunt; patrem verò ad Inferos detrusérunt, ubi medias inter dapes perpetuâ fame ac siti cruciatur: hinc et

Tantalides æ, et *Tantalis idis*, et *Tantaleus a um.*

TARENTUM, magnæ Græciæ urbs clarissima, in extrêmâ Italiâ intimoque recessu sinûs qui inde *Tarentînus* dicitur. Ea urbs a Tarante Herculis filio primùm condita est, posteà a Phalanto Lacedæmonio aucta: hinc *Tarentînus a um.*

TARPA (*Spurius Metius*) unus erat e quinque poëtarum judicibus, quos Augustus legerat.

TARQUINIUS *Superbus*, regum ultimus: Româ ejectus est anno U. C. 244.

TAURUS (*Statilius*) Augusto carus in paucis: partem Octavianæ classîs contrà Sext. Pompeïum tuitus erat, bellum Dalmaticum confecerat anno U. C. 720, et terrestri exercitui contra Antonium apud Actium præfuerat: Consulatum alterum gessit anno U. C. 728. Ejus abneptis Messallina, fuit Imperatoris Nerônis uxor.

TEANUM *Sidicînum* urbs Campaniæ secundùm Capuam clarissima. Altera erat urbs cognominis, in Apuliâ Dauniâ quæ *Teanum Apulum* dicebatur.

TECMESSA, Teuthrantis Phrygii principis filia, ex qua Aïax suscêpit Eurysacen filium.

TELAMON, Æaci filius, rex Salamînis insulæ. Fuerat unus ex Argonautis, deinde socius Herculis in Troïana expeditione, qui, quod omnium primus murum conscendisset, virtutis ergo donatus est Hesione Laomedontis filiâ, ex qua Teucrum suscêpit, quum jam ex aliâ uxôre Aïacem genuisset, qui de patris nomine a poëtis passim *Telamonius* appellatur.

TELEGONUS, Ulyssis et Circæ filius, qui, quum adolevisset, videndi patris cupidus in Ithacam navigavit; quumque a servis paternis quibus erat incognitus, aditu prohiberetur, aliquot ex his occîdit. Ad quem tumultum sedandum excitus Ulysses, quum ipse suis opem ferret, ab im-

prudente filio occîsus est. Quod ubi cognovit Telegonus statim, relictâ Ithacâ, in Italiam ad matrem renavigavit, ubi Tusculum condidit.

TELEMACHUS, Ulyssis et Penelopes filius. Quum patrem, Troïano bello confecto, diutiùs abesse domo cerneret, Menelaüm ab eodem bello reducem convênit, ut paternæ absentiæ caussam resciret.

TELEPHUS, Mysiæ rex. Quum Græcos ad Troiānam expeditionem exscendentes prohibêre vellet, ab Achille vulneratus est. Cui plagæ quum remedium nullum satis idoneum reperiretur, ad Oraculum adiit, a quo responsum est fore ut, quâ hastâ fuerat vulneratus, ab eâdem sanaretur. Adiit igitur Achillem supplex, et ab eo impetravit, ut ex hastæ quâ ictus erat, rubigine malagma conficeret, vulnerique suo imponeret: quo facto, statim sanitatem consecutus est.

TEOS, urbs Ioniæ, Anacreontis patria: hinc *Teius a um*, vox trium syllabarum.

TERENTIUS (*Publius*) Afer, poëta comicus, Terentii Lucani libertus. Is quum esset egregiâ indole, a patrono eruditus vênit in amicitiam nobilium, maximè Lælii et Scipiónis, quorum operâ adjutus in scribendis Fabulis fertur ob sermonis elegantiam: hinc *Terentianus a um*.

TERMINUS, Deus qui agrorum limitibus ac metis præerat: hinc *Terminalia ium* dei Termini festa, quæ nono die Kalendas Martias celebrabantur.

TEUCER, Telamônis filius, qui, quia Aïacis fratris mortem non erat ultus, quum post Troïam eversam domum rediisset, a patre prohibitus est: mox Cyprum contendit, ubi urbem condidit, quam de Salamînis patriæ nomine *Salamînem* appellavit. Fuit alius *Teucer*, Scamandri Cretensis filius, qui in Troade unà cum genero Dardano regnavit. Ab hu-

jus nomine urbs *Teucria* dicta est, et incolæ *Teucri*: hinc *Teucer a um.*

THALÎA æ, una e Musis novem.

THALIARCHUS, nomen adolescentis Romani ab Horatio fictum.

THEBÆ *arum*, (*Stives*) urbs Bœotiæ in Græcia, a Cadmo primùm condita, deinde ab Amphione splendidiùs instaurata; quamquam non desunt qui urbis hujus originem ad Ogygem referant, unde ea dicitur a poëtis *Thebæ Ogygiæ*. Hæc fuit virorum clarissimorum, Herculis, Bacchi, Pindari, Epaminondæ patria: hinc *Thebanus a um.*

THEON (*Luthienus*) libertînus, poëta dicacitatis amaritudine præter cæteros: ita Patronum suum exasperavit, ut domo ejus summoveretur, et juberetur restèm sibi palumque emere: hinc *Theonînus a um. Vet. Schol.*

THESPIS, Atheniensis, Tragœdiæ inventor: actores plaustris vicatim circumvehebat, quorum faciem, quod nondum repertus esset personarum usus, ideo fæcibus oblinebat.

THESSALIA, Græciæ regio, mari Ægæo apposita, inter Macedoniam et Achaïam: in eâ frequentes herbæ veneficiis idoneæ: hinc *Thessalus a um*, unde *Thessalicus a um*, quæ vox pro *magicus a um* non rarò usurpatur.

